



Conradi Vecerii Regii Secretarii, de Seditionibus Siciliae historia. ;

<https://hdl.handle.net/1874/437253>

CONRADI

VECERII REGII SECRE
tarii, de Seditionibus Si-
ciliæ Historia.

3

ITEM.

Eiusdem, de rebus gestis Imperatoris
Henrici VII. Libellus.

ITEM.

P. Callimachi Experi-
entis Attila.

Haganoæ per Ioan. Secerium
Anno M. D. XXXI.

EPISTOLA
ILLVSTRISI^{II}
MO PRINCIPI AC DOMINO,
Domino Anthonio, Duci Lothingiae,
Calabriæ, &c. Principi suo Cle-
mentissimo, Henricus ab
Eppendorff se se
cōmendat.



IRABERIS forsan, Illustrissi-
me Princeps, temeritatem meam,
qui fiat ut Celsitudini tuae tanti re-
gni cui curis scelitissimis pulcherri-
misq; occupatæ ineptus obstrepe,
ausus nostri causam si clementius
acceperit tua Celsitudo boni spe-
ro, institutum nostrum consulet.
Proximis Augustanis comitiis ex-
ceptus sum ecœna a Celsitudinis
tuae Oratoribus, nobilibus & cla-
rissimis uiris Domino de Fleui, & Doctore Claudio Cantu-
cula. Cunq; de præsenti rerum statu subnascetur Oratio,
simulq; omnes quotquot erant conuiug, nostri seculi corrupte-
lam & infelicitatem deplorarent, utpote, ubi nec uirtuti, nec
bonis & honestis studiis ullus sit honor, sed turbulentis & se-
cessionibus obnoxia sunt ferme omnia, uisum est plœrisq; fato
quodā terras iam allquit annis, his malis tam misere uexari,
atq; ut omnia cōmemorarunt, non ita multo pridem grauissi-
mis tumultibus aestuasse Siciliam ferunt, profectoq; Cantu-
la libellum, qui hunc tumultum non tam fideliter q; eleganter,
& rara breuitate cōplexus est, Conradus author est Vicerius
Lucenburgensis, quem præter animi insignes dotes, ciuilisq;
prudentiæ peritiam Diui Caroli Cesaris aula insigniorem red-
didit, ex ea enim cum Generoso D. Vgone de Moncata Hi-
spano

N V N C V P A T O R I A

Spano, Siciliæ Pro rege, in ipsam Siciliā coadiuua, transmissus est, quo minus subdubitari potest, ne quid fallī (quod primū historiæ fundamētum est) aut dicat, aut uerum, ut ait Tullius, non audeat. Adiecumus eiusdem authoris libellum, pari fide cōscriptū, de rebus gestis Henrici Imperatoris VII. Præterea P. Callimachi Experiens, de rebus gestis Atilæ, Gotthorū Regis cōmentarīū. Verum cū historia præter cætera cōmoda quæ incomparabilia habet, expetendorū fugiendorumq; sci-entiam nobis subministret, ex cōmodo duxi esse publico, ne hēc quoq; nostra socordia interiret. Cogitanti autem mihi cui potissimum nuncupandus esset hic labor, tua occurrit clemen-tia, Princeps Illustris, cui iure hi debētur libelli. Nam cum Agricola Germanorum superioribus annis ferum quiddam & in domitum spirabant, ad arma Euangelii prætextu concitat, misericordiâ dñeptione omnia uastantes, tua Clementia, tanq; Deus aliquis ex improviso, adest, supplicium de armis seruorum nepharie tentatis, sumens, haud a maiorum tuorū uirtute degenerans, qui Hierosolymam e manib; Sarracenor; eripuer-
re, dehincq; Siciliæ regnum aliquandiu iure hereditario obti-nuere, memorabile certe facinus, at Clementia tua nō minorē gratiam apud omnem posteritatem inibit, si expenderit quo in periculo innocentia fuerit, & quam feliciter, & qua celeritate in pristinum decus restituta sit. Quo nomine igitur tuæ

Celsitudini tumultus Siciliæ dedicetur, tandem ha-
bes Clementissime Princeps, quem si expor-tet
recta fronte exceperit T. C. sen-

Exro, agam, si quia in realia
tuæ Celsitudini usui

esse possüm, sim

mus.

A ii

SEDITIO

C. VECERII

REGII SECRETARII

libellus, de duabus se-

ditionibus Sicilie

Anno Salutis

M.D.XVII.



NNO a Christo Sa-
uatorē genito M. D.
XVI. Vgo Moncata
origine Hispanus, quū
Siciliam Prorex obti-
neret, incertum admi-
nistrandine superbia,
an inuidentia malevo-
lorum, usq; adeo Pan-
hormiæ plebi (sedes ea Regni) exosus est factus,
uti tumultu improviso exorto, ciuitate primum
omnicq; paulo post insula cogeretur excedere.
Catinam enim Syracusas, Agrigetum, Leontiū,
Drepanum, Thermasq; discordiæ malum ema-
nauit. Ita, ut si qui ciuium ueteres aliquas odiorū
causas habuerāt, eas sub Panhormiarum seditio-
num pretextu acriter exercent, iis Vgonem am-
plexis

SICILIA.

plexis, aliis aduersus hominem partes suas summa ope tutatis. Ille se imparem subitae gliscen-
tiae seditioni quantauis manu clientium repu-
tans, iudiciis (quoniam uero non poterat) propug-
nare contumeliam statuit. Itaque protinus in Ma-
martinos, inde in Italiam, ac postremo in Ger-
maniam ad Caroli Regis aulam, qui paulo prius
Ferdinando Auo in Hispanie Regna successerat,
abiit. Ibi recepta cognitione, potestateque reorum
nominandorum facta, Fridericum Patellam Ca-
merat, Petru Cardonam Qulisanum comites pro
authoribus seditionis orum citauit, die dicta, reisque
præsentibus, pro se utrisque dicere permisum.
Cuncte no[n]r adeo maturaretur diffinitio, Vgo te-
dio diuturnæ moræ fatigatus, sumpto commea-
tu Romam sese cœtulit, exitum odiosè controuer-
siae in ciuitate iuris alseni spectaturus. Interim ne-
cessitate sine imperio Insula, uir Illustris Hector Pig-
natillus Leonini mortis comes, Legatus imponi-
tur. Anno inseguente quum extincta uideretur,
aut certe refrixisse absente Moncata odiorum ma-
teries, clientes eius qui una ante diffugerant, con-
iuges liberosque repetere decreuerunt. Hos reuer-
sus in Insulam, magnisque numero obambulantes

A iii

SEDITIO

tota passim ciuitate populares conspicati, hoc genus sermones crebris conciliabulis dissipant. Nil egisse se expulsione tyranni, si cōplicibus superbe in urbe regnare rursum liceret. Posse astutia illorum accidere, ut & Vgoni libera fiat regrediendi facultas, & ipsimet uel mortem cōpellantur subire uel exilium. His atq; huiusmodi uocibus submurmuranti plebeculæ, Christophorus Benedictus, & Ioannes Lucas Scorzialupus. Panhormo tum exules, popularium partium opponentiæ factionis impendentis duces, & nunciis et epistolis animos renouadæ seditionis addidere. Fabulam fuisse per pulchrū illud facinus, quod priore anno Vgone exacto patrauerint, rediisse sectam eius fere uniuersam. Ac nō reuerlam modo, sed & Magistratus Remq; publicam gerere, imo lacerare. Bonum quenq; multis, minisq; terrere, integerrimos Tribunos plebis, acerrimos mosq; popularium partium uindices, in regium forum sub titulo iurisdicendi pelleatos, consenserit apud Teuthones. Ipso Moncata Romæ otiose hincatq; inde successuum rumores securis captante auribus. Talibus uocibus secrete passim iactatis, animos cæterorum scrutari. Vbi quos

SICILIÆ.

Quos idoneos arbitrabantur conscientia obstrin-
xere, in suburbanum quoddam satis propinquū
Panormo conueniunt, nam publice ciuitas ta-
libus ceptis abhorrebat. Necq; diu consultatū est
certatim proclamat, secordiam iam non negli-
gentiam uocari maximarum occasionum preter-
missionem. Latere in ultima Germania Regem
adolescentulū. Nihil in Sicilia militum, magnā
ciuitatis partem cōsentientem, uniuersi Concilii
cōetu una hora trucidato, & principatum sibi &
contumeliarū uindictam ex animi sententia pro-
uenturam. Hæc dicta probataq;. Itaq; sacris uitri
tim præstitis, ita decretum est, ut quo primū lo-
co dieq; Senatū q; maxime frequentem coiturum
constitisset, Benedictus ac Lupus mature Pan-
ormū accederet, darentq; operam uti immisssis
armatis, omnes quicūq; uel pusillo iudicio Mon-
catæ partibus studuisse crederentur, ex improui-
so adortos occiderent, domos diriperent, uasta-
rentq; Bona locuplesium suæ partis hominibus
abunde partiretur. Nomina trucidandorum in
libellum relata numerum lxx, patrū effecere, hoc
est, nobilitatem sere omnem, Hectore Comite,
paucisq; aliis exceptis, decimo Calendarum Au-

S E D I T I O

gusti more ueteri Proconsul cū Senatu in ædem
maiores Pomeridiani sacri gratia solenni mo/
re solet accedere. Namq; eam uesperam dies bea/
tissimæ Cæciliæ , cui apud Siculos grandis uene/
ratio est, insequitur . Eius solennis haud ignari
coniurati, de tempore, deq; loco conueniunt,
**Seditio pri
ma.** Die appetente armati magno numero ædificia tē/
plo circūposita, q; maxime occulte fieri potest, in/
sidere iubentur . Authoribus cōiurationis quos
supra nominaui ciuitatē ingressis , quum ad pri/
mas statim inclinationes conscius quisq; quid
strueretur gnarus , et taberna prosiliens Comitē
se tumultuantibus iungeret, cæteri tamen popu/
lares ignoratione coepторē, ut sit sequi cunctarē/
tur , Lopus haud tardo cōmento efficacioribus
uocibus plæbeios animos cōcitandos ratus, iam
non amplius uana Regiorum Decretorum expe/
ctatione fatigandos affirmat, qui plebeiæ causæ
studerent. Manu agendum, si quam rationē asse/
rendis partibus arbitrarētur. Vtruncq; Comitē,
quorum in ciuitatem beneficia ac merita neminē
præterirent, haud ultra communi causæ succur/
suros. Quippe quoq; calumniis Vgonianorum
damnatos, capiteq; poenas apud Principem de/
disse

SICILIA.

disse recenti admodum nuncio cognouerit. Vbi
de morte hominū mentio facta auditāq; est. Ibi
vero ferrum singuli rapiunt, turmatim accur-
tunt, ululant, hortātur, sectantur. Coierat inter-
ea Senatus om̄is in Regiam (diuersa parte ciui-
tatis ea sita est) horam delubri adeundi operiēs.
Auertit nephanda consilia Deus, iudicioq; uia-
torum in armis esse Ciuitatem compertum est.
Nec enim Pignatillum impendens periculum
latuit, nec coniurati proditos sese nescierunt.
Quippe cœptis iam absente Senatu uespertinis
laudibus, emanasse funestum cōsiliū facile ani-
maduersum est. Nec item defuere qui nuncia-
rent Hectori suburbanum illud conciliabulum,
sed & uires in promptu ad coercendum deerāt,
& absoluta iam erant consilia, quum literæ lega-
ti eo perferrentur. Itaq; plæbei ne frustra magnū
inceptum uideretur auspicati, repente ac tumul-
tuose palatinas ædes circumsistunt. Vnus atq; al-
ter in summa ædium raptim sublati, iussiq; quid-
peterent respondere, Hectori quidem paucisq;
aliis incolumitate promissa, Moncatæos omnes
depositi ad necem, nominib; etiam quorun-
dam sigillatim editis. Preses quum & eos qui uer-

B

SEDITIO

ba faciebant, & reliquā copiam inferius, uel agen-
tem, uel superantem iam gradus, instructosq; ad
cædem animaduerteret, sermonem excomposi-
to proferre incipit. Eac; ratione spaciū Proceri-
bus citatis obtigit, & mature dedecendi e Senatu-
lo, & seruilibus indumētis, quo ignoratores au-
sugerent, prætextam commutandi. Hypæthra
ambulatio sane excelsa Regiæ domui parum ani-
maduersa iungitur. Ambulationem Insulæ pri-
uatorum contingent, ea parte qui eorum uiri-
bus præualebant, dilapsi euadunt, quos zetas
inuallida senio debiliores effecerat, priores illos
quoad poterant infecuti, in angulo quodam te-
gularū substiterunt. Hos totus armatorum grec-
assecutus. Nam multitudo interim omnis emer-
serat in Concilium, contrucidatos proturbauit
in aream. Nonnulli egressi clanculum Regia, in-
terq; uias deprehensi necantur, custodes corpo-
ribus extinctorum adhibiti, ne quis ad sepulturā
eos asportaret. Inde ad prædia eorum expilanda,
exurendaq; concessum. Dum hæc maxime obe-
unt, relatum est, quanq; falso, Pignatillum cum
reliqua nobilitate de ciuitate relinquēda agitasse.
Nimī uero obſtitura cœptis profectio Presidis
uila

SICILIA.

uisa est. Itaq; oratione pro re non inhonorifica
habita, docent Hectorem, placuisse plebeio con-
filio, & ipsum & Aloysium Bonitianum, Antho-
niumq; Capitium secretiorum rerum participes
publice custodiri. Nō quo quicquam iniuriæ in
corpora resue eorū patrare esset animus, aut quo
tale quippiam illos commeruisse censerent, sed
quo liberius componendæ Ciuitati uacare dein-
ceps possent. Id prætextum audatia. Reuera au-
tem Præsidem cum omni Consilio publico mi-
graturum Messanam, in non adeo amicam Ciui-
tatem, uimq; atq; opes cōtracturum uerebātur.
Simul quo licentius improbis postulatis potiri
ualerent. Mox enim q; amplissimos uiros in pote-
statem redegerant, quum alia quædam tum libe-
ram quandam ueniam præteriorum Hectorem
poposcerunt. Is neq; sibi ius esse cōcedendæ abo-
litionis, neq; permitti, nisi rebus cognitis consue-
uisse, respondit. Illud non abnuere, Aloysio, qui
recens ab Rege ad uectigalia inspiciēda missus fu-
erat, negotiū dari repetendi Caroli, Amnestieq;
si ulla ratione fieri posset, impetrandæ. Binoctio
inter pannosos custodes exacto, facultateq; disce-
dēdi facta, clarissimos uiros phonorifica pompa

B ii

in Regiam reduxerunt. Florebat interea plæbeio
rum Ducum, præcipue uero Lupi, Benedictique
recens occupata potestas, ii paulo ante exules, ad
tum in Senatum adiecti Reipub. consultare, iu-
dicari, spectari, predicari. Cæterum homines ad
tyrannidem per improbitatem euectos, non alia
res crebrius solet euertere, quod insolitæ dominatio-
nis licentia. Haud satis uisum sanguinariis fortu-
nas cruoremque Præfectorum hausisse, nouū de-
novo commentum Marsupii confaciendi excor-
gitant. Arx Panhormo adiacet medio fere sinu
posita, nec sane inuialida. Aditus illinc in urbem
relictus peninsulam efficit. Eo coniectis oculis,
plæbeculam de eo quoque Castello insidente al-
loquuntur, obstatre uero molem eam partæ nu-
per libertati populi, Regium Prepositum, Hispa-
nia ortum nō dubitate se Moncatæ potius, quod ple-
beis partibus assensurum. Audisse uel profugos
inibi, uel profugorum certe facultates delitere.
Omnino posse accidere, ut receptatos quanto-
cunque libuisset numero Vgonianos exanimi sen-
tentia ciuitati conficiendæ immittat. Videri quod
maxime plæbi conducturum, si coacta turba Ca-
stellum oppugnauerint, sic aperte. Postea uero
non

SICILIA

non alio spectauisse compertum est, q[uod] ut occupata arce, bona ditioru[m] eo secure congererent. Mox si qua uis insurgeret, aut loco propugnare possent impetum, aut pelagi oportunitate adiuti, scaphae sese quo uentus ferret auehendos iniicerent. Clanculum haec iactata primum, mox palam relationi in Senatu factae additum. Quisquis Proceru[m] popularibus cceptis absisteret, eum in hostium numero reponendum. Deniq[ue] pridiē nefarii incepti Hectorem de rebus patrandis, r[es] motis arbitris adeunt. Hunc postquam in sententia persistentem intelligunt (hancq[ue] quod semper antea fecerat, omne rerum nouadaru[m] consiliu[m] abnuiebat, quoad Aloysi opera, quem iam pridē agere apud Carolum arbitrabatur, Regia decreta remitterentur) sibi uero longum uideri Germanica præstolari responsa, cunctatione omni submota, postridie rationes suas exequi statuisse. Gratum futurum populo, si Comitē sese Castelli oppugnationi iunxisset, sive belli societate detestare pergeret, uideret ne quam pro irritatae plæbis offensa pœnitentiam ageret. Stabat ab Lupi, Benedicticq[ue] partibus non Panhormia modo plæbs, sed & agri circuniecti, ruricolæ uidelicet

SEDITIO

præda prioris tumultus illecti. Cæterum nobilitas, quæ & si ad eum diem acta illorum comprehasset, nempe intra plebē Magistratusq; modo constituisse rixa uideri poterat, ubi ad Regiē Cel situdinis suggillationem improborū conatus manifesto spectare intelligit, generolis adducta spiritibus, simul mulctam Regalium beneficiorum uerita, ipsa illa uespera ab Hectore accurate conuentā, de moderanda quidem si nō deserenda pertulantia plebis consultare. Neq; din deliberatio tenuit. Placet percussores plebeis ductoribus, ubi primum contionem habuissent immitti, nihil dubitare quin sublatis capitibus amentia populi deferueret. Inter hæc summa perplexitas Hectoris animum circumsedet. Maneret ne, aut sceleratis fauēdum, aut discrimen subeundum, cum uite, tum rerum. Ad hoc repromissa paucorum Nobilium recasura ad irritum. Quid enim aduersus tam numerosam peruicacemq; multitudo nem pauci efficerent, statuit utruncq; periculum inopinatæ discessionis prætextu deuitare, future forsitan uti absens melius cumulatiusq; q; coram, nutantibus rebus succurrere medericq; posset. Itaq; Ciuitatis cura censuq; suo amicis per Epistolas

SICILIA.

stolas commendato, nocte intempesta quatuor
non amplius comitatus famulis Scapham con-
scendit, Liparamq; delatus, Messanā paulo post
aduehitur. Qui dies eam cōsequebatur noctem,
sextus Iduum Septembriarum censebatur, atq;
insuper uirginei natalis celebritate insignis, eu
populares cōceptis absoluendis cōstituerant. Ac
ne non tempus modo, sed & locū sacrilegis ope-
ribus cōscelerarent, templum quod beatissimæ
uirgini sub Annuntiata titulo sacrū est, Concilia-
bulum deligunt. Eo postridie Matutino delati, Seditio se-
paulatimq; iam coeunte multitudine, Patricii
quocq; paulo ante proditarum rerum suspecti, cō-
clii habendi causa accedit. Vix dum salutatione
peracta progressi iuvenes aliquot per specie col-
loquendi, eductis raptim gladiis populares Du-
ces exturbatos confodiunt. Ita illi se de cōfessi,
dedere exemplum, nee potentiam scelere quæsi-
tam esse diuturnam, necē quenquā simplicita-
tis debere perduci, ut populari aure nimiū fidei
tribuat. Plebs ut iacentes aspexit, ne ratione qui
dem ulla facinoris exacta, nedum ultione parata,
ad Optimates sine cunctatiōe transiuit. Dux no-
bilitatis Guilelmus Vihtuilius, Bario Chime-

SEDITION

nisi fortissimus iuuenis legitur, is ut positum se
inimicorum agnouit, collaudatis percussoribus,
contionem aduocatam docet, ut studiosus non
ipse modo, sed & uniuersa nobilitas fuerit, tum
libertatis, tum causae popularium. Occisos illos,
quoad tolerabiliter moderateq; partibus fungi
batur, & caros habuisse & iuuuisse cōsiliis. Postq;
uero impotentia eo euallis perceperit, ut et Prin-
cipis maiestatem attentare conarentur, tum ue-
ni, cceptis illorum uisum esse repugnare. Itaq; si-
nerent occidisse, quos iure cælos aduertérent, se
nihil magis dies noctesq; annisurū, q; ut ciuitas
sancte equabiliterq; procuraretur. Signum earū
iam uirtutū extare, quod nec trucidatio ulla bo-
notum, nec direptio Insularum esset admissa.
Quum pro copia multitudinis, necq; minus im-
pune, necq; difficilius, q; priore seditione singula-
ea patrari potuerint. Dimissa contione ueritus,
ne qui forsitan occisorum necessarii ad res nouas
confligerent, in Regiam discessu Presidis uacue-
factam habitandi causa collocat. Eo primū om-
nium machinas ciuitatis ad bellorum casus com-
paratas inuehi p̄cipit. Mox domū ualido præ-
sidio

SICILIA.

sidio firmat. Commeatum, glandes, cinerem, cæterasq; res obsidioni profuturas congerit. Pecuniam ad ea onera toleranda, Rex de uniuerso negotio edoctus ex ærario subministrari iussit. Inter ea Carolo ipso pfecto in Hispaniâ rursus agiceptum de seditionibus Siculis. Cum quidam plane delendam Panhormum tot tumultibus famem, aut certe præsidio aliquo grauiori affligendam censerent, diuersa resedit sententia. Ut ex exercitus quidē scriberetur, moxq; mitteretur in Insulam, cuius auxilio terroreçq; executio legum securius transfigi ualeret. Hector autē tota passim Trinacria, sed pricipue Panhormi maiestatis seditionis formulas acriter exercebat. Itaq; delecti Neapoli peditū septē milia, equites quadringenti, ex ueteranis Hispani generis, qui proximis annis in bellis Hetruscis militauerāt, ii quum transmississent, Comes cōuentis apud Messanam Ducibus, Randacium sese contulit, ibiçq; peractis cognitionibus multos reorū morte fortunisq; mulctauit. Quos suffugisse compererat proscriptis. Domos annotatis bonis euertit. Consimilia Catinae, Thermi, cæterisq; ciuitatibus aut ipse, aut p̄ Praefectos actitauit. At uero Panhormi multo

C

SEDITIO

maiores numerum uincitorū offendit. Namque diligētissime comprehensi*u* iussu absentis fuerant quicunque noxi*u* seditionum arguebantur. Qua*re* tormenta primum ænea ad bellicas difficultatēs olim comparata, sed quibus toties tamque manifeste iam ciuitas abusa fuerat, in arcem depo*t*ari præcepit, iudicatos autem partim ad mortē, nonnullos ad remum condemnauit, ita ut uno die rei septem et uiginti in foro imperfecti fuerint. Ipsi Proregnū Siciliæ in triennium perpetuum confirmatum est.

CONRADI
VECERII REGII SECRE
tarii Libellus, de rebus
gestis Imperatoris
Henrici VII.

QVisquis historiam aggreditur scribere, eam maxime uirtutem tacite polliceri uidetur, uti fide nitatur assertio. Pusillumque interest, munusne cōmemorandi res gestas, integratatis suæ conscius ultro quisque suscipiat, an publicandorū potestatem auctorum Cesaris permisso nanciscat.

Atque

SICILIA.

Atq; eō magis quod hūc quum seligit Princeps,
nō illud agit, ut bonum grauemq; uelit efficere.
(Quis enim preter immortalem Deum cuiq; pro
bitatem cōferat?) Sed quo ueracem uideri iniun
ctione mandati testetur. At historicus, ut primū
res memorandas cōmendare posteritati decreue
rit, primum omnium de moribus suis ipse uide
tur iudicium facere, secq; cum promittere, qui &
fideliter & accurate cogitata prompturus sit. Has
re sego mecum etiam atq; etiam reputās, quanq;
non ignorabam propensiorem ilico fore lectorē
ad carpenda quæq; recentia q̄ comprobanda, spe
rare tamē coepi, fieri posse, ut quum singularem
Regem describendi causa iustis rationibus assum
ptum cognouisset, institutum nostrū boni cō
suleret. Nanq; & res digne uidebantur, quæ re
ferrentur in literas, & extabat qui ante nos id fe
cisset, nemo, qd equidē nouerim. Tum necessi
tudo patriæ me uel maxime impulit, non ea qui
dem, ut Principis nostri facta plus æquo p̄dica
rem: sed quæ apud uarias sparsim gentes & bar
baris linguis & per partes legi compererā, in cor
pus libri cuiuspīam latini possem redigere. Oñi
interim soli natalis affectione seposita. Alioquin

C ii

SEDITIO

nec ueterum cuiusquam acceptada esset industria.
Qui cum Regum res maximis uoluminibus po-
steritati traderent, eorum ipsorum tamen quos per
scribebant, & clientes & populares habebantur.
Adeo quae ex officio gerimus, ab iis quae forte
priuatimque sunt, distinguuntur. Nunc ad inceptum
redeo. Qui maiores Imperatori Henrico, aut om-
nino parentes fuerint, quamuis curiosa uestiga-
tione, cognoscere non potui, sed & uxor illi que
cuiasque fuerit, itidem prope in ambiguo est. Ipse
quod constat Luceburgiae comitatum heredita-
te obtinuit, Romam profectus, & Baldeuino fra-
tri Treurensis ecclesiæ Archiepiscopatum con-
fecit, & summis Antistitibus ac bono cuiuscumque sapien-
tiae & comitatis ingens argumentum egreditur. Fuit
olim Luceburgia Treuirorum portio, idque ut cre-
dam, propinquitate locorum adducor. Hanc post
modum Henricus Romano admotus Imperio,
Ducariæ dignitatis insignibus exornauit. Situs
eius ab Arduenne sylua termino, quatenus ho-
die appellatiōem obtinet ad Mosellam fluuium,
cuius amnis Burdegalesis Ausonius carmine satis
prolixo meminit, finitimarum ditionum his limiti-
bus cingitur. Gallico, Lotharingo, Metensi, Tre-
uirico

Lucebur-
gia.

SICILIA.

uirico, Iuliaceno, Leodio, Oppida non amplius
nouem, maior quondam numerus. Sed eum et pia
(ut aiunt) Henrici liberalitas, tribus municipiis
Baraburgo, Vitelliaco, & Treuirorum maximo
templo donatis, & Gallica bella coarctarunt. Gens
potiore ex parte Germanica, Regione tamen Gal-
licam spectante eius quoque nationis moribus lin-
guaque utens. Hæc de Henrici origine patriaque ta-
metisi pauxilla, tenuitatem confessò premittere pla-
cuit. Quanque nō me præterit, circumferri iam pri-
dem libellum uernacula lingua conscriptum, de
fœminæ Melyssinæ præstygiis, octauo quoque
die pubetenus in anguem cōmutari solitæ. Quā
inter maiores septimi nostri connumerare nitū-
tur. Eum ut nec approbare, ita nec refellere ani-
mus est. Cur enim non ueneficia fieri posse con-
cesserim, dum si tradantur ut ueneficia. Quis em̄
nō illa fascina legens obstupecat, neque tamē pro-
tinus tanque conficta repudiat? Scylla uenit, ine-
diacque tenus descenderat aluo, Cum sua fedari latrā Ouid. 14.
tibus inguina monstris Aspicit, ac primo nō cre-
dens corporis illas esse sui partes, refugit, & Cer-
bereos rictus pro partibus inuenit illis. Sed a fa-
bulâte Poeta eos uersus exaratos obiicies. His-
toria

Liber de
Melyssinæ
Fascinamē,
tis,

Meta.

SEDITIO

Virg. 4.

tiam accipe. Hæc se Carminibus promittit sol
uere montes, quas uelit, ast aliis duras immittere
curas. Sistere aquam fluuiis, & uertere sydera re
tro, Nocturnoſq; ciet manes, mugire uidebis
sub pedibus terrā, & descendere mōtibus ornos
Alius quoq; eiusdē professionis scriptor hunc in
modum cecinit. Mens hausti nulla sanie polluta
ueneni, incantata perit. Libet & testimonium
quāq; nō admodum diffinitū, unius e nostris fa
pientibus afferre in mediū, hæc uel falsa sunt (in
quit) diuus pater Augustinus, uel tam in usitata

Diuus Au
gustinus is
de Ciuita.

ut merito nō credantur. Firmissime tamen credē
dum est omnipotē Deum omnia posse facere
quæ uoluerit, siue iudicādo siue præstando. Nec
Demones aliquid operari secundum naturæ suę
potentiam (quia & ipsa Angelica creatura est, li
cet propior sit uitio maligna) nisi quod ille per
miserit, cuius iudicia occulta sunt multa, iniusta
nulla. Nec sane Demones natura creāt, si aliquid
tale faciunt, sed speciem tenus quæ adeo uera sunt
creata, commutant &c. Quid an non consonan
tia de ortu maximorum quondam Principum
aliorum traduntur: Alexandrum nempe Mace
donem complexū Olympiæ matris, Draconisq;
genitum

SICILIAE.

genitum, ideoq; appellatū fuisse Hammonem? Scipionem Africanum, & diuum Augustum, eiusdem superstitionis intentu conceptos? Quin & in Oceani Gallici insula quadam nouē Gallicenas illas fuisse, tradunt authores, quum aliis artibus prædictas, tum uertendi se in quas formas liberet. Quibus ex locis ortā fuisse Melyssinam non est absurdā coniectio. Sed de his alias. Certe prænobiles, tum in Galliis, tum apud inferiores Germanos scio familias, & patriæ nostræ deferentes prænomen, & in Galleato imaginum apice (cuius Stēmatis diligentissima ac minime perfunctoria cura fuit ueteribus) id monstrum Cuppæ balneatoriæ insidens. Sed & Turrim ingentem medio Ciuitatis nostræ sitam, paulo supra ætatem nostrā bona ex parte prolapsam uetus state comperi, in qua uanitatem illam fuisse perastam, fama per manus tradit. Postremo Carolū Scelicissimum seculi nostri Principem nondum pubescentem, quum de nuptiarum feedere cum Renata Ludouici Gallorum Regis filia in eundo tractaretur (Quanquam illi larga potestas erat e subiectis aliis gentibus titulum assumendi) totis tamen tabulis haud alia quam Lucenburgiæ

Carolus
Rex Hispa-
niae.

SEDITIO

Appellatione fuisse denotatum, non in minima gloria posuerim usq; adeo, ut nisi aliis uitiis superdictum opusculum laboraret, quippe in quo parum uerisimilia referuntur, interdum aduersa nonnunquam dissonantia, non difficile fidem mihi faceret. Enimuero quo cōmodius ad ipsius Henrici res nostra feratur oratio, & rectum uisum, est & necessarium, pauca prius de statu temporum illorum supra repetere.

Philippus
Gallorum
Rex.
Bonifaci-
us Papa. s.

ANNO a Christo saluatore genito M. CCC
AII. Francorum Rex Philippus cognomento Pulcher, graue aduersum Pontificem Maximū, Bonifacium Octauum conceperat odium, tum Gibellinæ factionis studiosiorē existimans, tum quod fidem temere præuaricatum contenderet. Promisisse enim sibi paucis ante annis, cum alia quædam, tum de summa Romani Imperii potestate ab Germanis ad Gallos traducenda, atq; adeo Carolum fratrem diserte fuisse in conuentis nominatum, cui id decus primum assignaretur. Hec uidelicet pollicita nunc cecidisse ad nihilum. Alberto Austrino, Teuthonico principe, palam nuper decretis eius comprobato. Eas rex causas grauius secum consyderans, rationē irarumexe-
quendarū

HENRICI VII.

Quendam perquirit. Necq; difficilis mox via
Bonifacii irritandi inuenta. Columna gens Ro-
mæ opibus & clientelis insignis Octauo inter co-
mitiorum arcana suffragii iure, ne legeretur ob-
stiterat. Itaq; eis quoq; Bonifacius, per speciem
expilati thesauri ecclesiæ efficerat, ut & ædes &
suburbana familiæ publice diruerentur, & qui
eorum Cardinales iam essent uenerando Colle-
gio excederet. Interea Stephanus ex ea gente pro-
fugus in Gallia agitans, idoneus Philippo uisus
est, per quem initia malorum fierent. Cæptus co-
mitem humaneq; haberi, liberaliusq; quam fortu-
na exulatum est. Ad hoc Philippus ne quid im-
potentiae prætermitteret, Sacerdotales Galliarū
titulos a Pontificibus antea, pro decretis, proq;
more sanctæ matris ecclesiæ componi solitos, ipse
ordinare citra consensum Presulis Romani sta-
tuit. Quæ ubi summus Antistes intelligit, gra-
uissime tulit iniuriam, pessimi exempli (id quod
erat) existimans, si uel antecessorum recte consti-
tuta temere rescinderentur, uel autoritatē pon-
tificiam Laicus Princeps prophanaasset. Auge-
batur indignitas ipsius Bonifacii, supra quam di-
cipotest ambitiosa magnitudine animi, & contu-

D

GESTA IMP.

meliarum insolentis. Itaq; quo partes suæ iustiores uulgo noscerentur, lege potius agere, quam armis instituit. Praelatos Gallicos maiores conuenire Romam uniuersos iubet, ad publicam Synodum celebrandam. li ne Regno decederent, Philippi prohibitione intercluduntur. Quibus rebus ad Octauum delatis, increpatur Rex primum per literas, deinde cum castigationem contumatiæ paruipenderet, sacrorum participatiōe arcetur. Nec eo minus prælatis Regni ipse Lutetiam accersitis, causam quoq; suam approbare ntitur. Pontifex ne nullam non rationem coercendi Pulchri tentaret, Flandriæ partes tueri acreditur. Ea tum gens, quod superbius imperium sibi diceret, Gallicum iugum detrectabat.

Flandri.

Germani
superiores

Cum superis quoq; Germanis amicitiam interorem cōiungit, iusso Alberto quibuscunq; posset uiribus, fines Belgarum quatenus Philippici iuris essent, incursare. Sed nihil ea Gallum a consilio dimouerunt. Missi clanculum in Italiam qui Campanos, si qui forsitan priuatas ob iras infensi essent Antistiti, corruptos auro traherent in sentētiam, ceteraq; comprehendendi eius idonea mature appararent. Nec euentus infando cōmento

HENRICI VII.

cōmento defuit, Anaginæ agens Pontifex a Sarra Columnio Duce Gallicè multitudinis nō prouiso irrumpente summa luce circumuenitur, liberæq; custodiæ traditum oppidani immodice (ut æquum erat) funesto scelere conturbati, triduo demum elapso, receptis animis exemerunt. Ipse Romam regressus, dum uindictæ modos altius inuestigat, morbum ut creditur, ex ægritudine nactus, interiit. Undecimus Benedictus Octauum, Clemens quintus Benedictū, munere summi Pontificatus insequitur. Reyterandum Gotthonem quoad priuatus erat, appellabant Burdegalensem Archiflaminem. Is em̄ uariantibus nonnihil Patrum sententiis inter alios duos Pulchro ab suarum partium Cardinalibus nominatus extiterat, quem Rex quoniā id temporis plurimum poterat, si ita sedisset, solempter nuncuparet. Philippus insperatae dignationis letitia gestiens, Reyterandum accersit, in suaq; manu papalia Comitia prolatis Epistolis Cardinalium, reposita edocet. Cæterum postulata quædā sex capitibus comprehensa recipi sibi priusq; res confici posset, oportere. Gottho nihil minus q; que iactabantur, uel sperans, uel cogitans. Illudicq; sibi

Sarra Co-
lumnius.

Benedict⁹
Papa xi.
Clemens
Papa v.

D ii

GESTA IMP.

existimans cunctari primum, ubi serio agere Principem comperit, actis in praesens gratiis, capite se Regiae petitionis prestitorum promittit. Data acceptacj fide placita curatur. Raymundum Cardinales Gallici xii. summum ecclesiae Romane sacerdotem in gratiam Regis consulunt. Italicos statim patres, ut idem facere uellent, epistolis nunciisq; celerrimis adhortati. Gotto ut primu quae ab Rege acta de se fuerant, Italis quoq; probari cognouit, Senatum statim Cardineum uniuersum, Regesq; Transalpinos aliquot conuenire Lugdunum iubet, ad peragenda inaugurandi solennia. Id edictum tametsi Praelatis Ausoniæ non perinde arrideret, Pontificiam aulam trans alpes concessuram gementibus, coiere tamen in ciuitatem designatam non infrequentes, ibi declaratus ex more maximus ecclesiæ Christianorum Episcopus, Quintiq; Clementis appellationem sortitus, mox Philippum censuris (nanq; id primu postulatorum caput extiterat) quibus innexu a Bonifacio diximus, exoluit, reliqua promissoru tempestiue se effecturu affirmans. Sed nec ea Philippus posthabenda ratus, Pictauos in conuentum accersito Clemente de cæteris desyderii sui partibus

HE N R I C I VII.

partibus referri iussit in mediū, Summa petitio erat de abolenda in perpetuum memoria Bonifacii. Necq; prætextu caruit flagitatio impudēs, arti culis Quadrageinta ingenio Causidicorum exco gitatis, quibus Octauī mores, preter alia facinora de heretica impietate suggillabantur. Hic uero herere estuareq; Clemens, quid nam cōsilii in re tam inexplicabili caperet. Namq; inde occurrerat sacramēti interuentu firmata promissio, hinc innocentia Bonifacii, qui ut necq; forsan insons proflus criminum haberetur, ita non ullum extare de obiecto admisso indicium. Quin exemplis, Decretis, Constitutiōibusq; declaratum ab unde reliquisse, quanto studio, quantaq; fide gubernacula culminis Apostolici p̄curasset. Solllicito inter has curas Quinto, opportune Nicolaus Cardinalis Pratensis interuenit. Cui q̄parbi

Nicolaus
Cardinalis
Pratensis,

D iii

GESTA IMP.

quæ ad Bonifacii cineres attinent, uideri futurū
consultius, si tanta res non nisi publici consilii Se-
natus consulto firmetur. Quam sententiam ubi
Gallus approbauerit, Sedem conuentui Viennā
inter Allobroges deligat, aliamue ciuitatem quā
piam, & liberam, & ad excedendum Regiis fini-
bus opportunā. Placuit Quinto Cardinalis sug-
gestio. Itaq; de uoluntate Philippi Viennam ma-
ximo Christianorum conuentu edicto, Octa-
uoq; de opposita impietate ex sententia Patrum
absoluto, ipse ibi paucos commoratus dies, Ave-
nionem in Roberti Regis prouinciam sese con-
tulit. Nunc tandem ad Henricum nostrum desle-
ctat oratio. Anno a Christo M. CCC. VIII.
In idum re-
tum Henri Rege Romanorum Alberto per insidias nepo-
cilmp. tis occiso, nunciatum est Principes, quorū legen-
di Cæsaris ius est, de sufficiendo Imperatore pa-
rum cōuenturos. Philippus discordiam Germa-
norum coeptis suis optime conducturam existi-
mans, secretiorū modo consiliorū arbitros coi-
re iussos de noua dispositiōe interrogat. Venisse
aliquādo tēpus suo q; seculo exornandi Regni
Gallici, sextum antea postulatorū caput, q; ad eū
diem cōsulto noluisset Clemēti prodere, id uero
nunc

HENRICI VII.

nūc expōst̄ere statuisse, de Carolo frātre substi-
tuendo in Imperiū, dec̄ ea dignitate per Senatus
cōsultū in perpetuum transponenda in Galliam
Esse Clemētem iampridem in potestate posse
rem & iure & exemplo nixam, facile transigi. Cui
enim fiat iniuria, si uacantis imperii permutetur
conditio? Idem fecisse Pontifices olim alios. De-
nīc fatorum seriem cōuenire cum eiusmodi pro-
posito, ut quemadmodū Principatus ille de Gr̄e-
cis quondam in Francos, sicut ei uidebatur, dec̄
ea gente ad Italos, ac postremum ad Theutones
translatus crederetur, ita rursus ad Francorū po-
steritatē remigret. Mouit uniuersos Proceres re-
latio Regia, laudatoq; nobilitandi Gallorū Re-
gni desyderio de consiliī sentētia decretū fit, ut &
Philippus & Carolus primo quoq; tēpore ante
etiam q̄ Germani irent in suffragiū, Clementem
numeroso comitatu adeant. Rumore quidem di-
sperso, quasi ad persequēdam Bonifacii criminā-
tionem ueniant. Reuera autē ut protinus quam
Auenionem inierint, Pontificem de sexta & ad
id tempus ignota petitione cōmonefacent. Eam
occultationem nihil fuisse aliud, q̄ de Imperato-
rio apice publice transponēdo in Celtas. Abdere

GE STA IMP.

uero rem placuisse eatehus, quam apud Bonifaci
um quoq; tentauisset, ut ne uiuum Regnātemq; Albertum affecisse uideretur iniuria. Nec repa-
gnaturum Clementem quantumuis audaci flagi-
tationi, uidelicet iam instructo exercitu uerius
quam famulitio territum. Edicto per uniuersam
ditionem dimisso, generosi clientes ad Regium
iter apparati conueniunt. Equitū sex millia fuisse
traduntur. Enimuero sicuti recte institutis diui-
nus fauor arriidet, ita improbe consulta iuxta Se-
xti Pythagorici sententiā, funestus insequitur exi-
tus, Permanauit certe ad Pontificem quamuis la-
titantis conciliabuli astutia. Quare denovo accer-
sito Pratense intimorum (ut diximus) omnium
sotio, ac iam ante exoso, Philippū ob infectatio-
nem Bonifacianæ memoriae, quæ si tolleretur e
medio, & acta quoq; illius, in quibus Cardinala-
tus censemebatur, quem Octauus illi contulerat, cō
uulsum iri uerebatur, nouam huiusmodi ambi-
guitatem aperit. Ille ad innatam sapientiam uer-
sus, quā maximis itineribus, inquit, & anteq;
Gallicæ petitionis mentio in Senatu fiat, nunci-
andum in Germania censeo, de successore quam
maxime mature surrogando, Quum Clemens
quem

Pratense
Conciliū.

HENRICI VII.

quem igitur præcipuum credere et, tanteque successio
ni idoneum quesiuisset, Pratensis ecclesiarum ne
libertatis respectu an studio Gibellinarum parti-
um, an consuetudinis in urbe quondam institutæ
memor, Henricus ait Luceburgiæ Comitem nul-
li Germaniæ Principum cedere arbitror, siue re-
ligionem, siue fidem, seu certe magnitudinem ani-
mis spectaueris. Necque dubium, si eo Celsitudinis be-
nignitate tua proiectus fuerit, nulla non regel
Pontificiis obtemperaturum iussis, regel immuni-
tatem ecclesiæ propugnaturum sane clanculum
& dissimulanter cuncta fieri oportet. Ne si publi-
co Senatu in Patrumque conspectu cogitata retexe-
ris. Qui Cardinales Philippo student, proditis
illico rebus, uota nostra conturbent. Itaque quas
ipse literas dabis in Alemanniam, pusilla modo
formula placet obsignari, quasi non scriptas de
rebus grauissimis. Ego leorsum prolixas de to-
ta re alias exarabo. Iuuit assertionem Cardine-
am Henrici quoque integratatis gloria, quam ex re-
bus fortiter probeque gestis fama iam pridem ex-
orta ad Clementem quoque pertulerat. Delatis ad
Germanos Epistolis, recipi intellecta, Comitiorum
solenia maturantur. Valueretque adeo Pontificiæ

GESTA IMP.

Henricus,
Regnum
Romanū
tribuit.

Cardinalisq; literæ (qui & illud adiecerat, nisi bonis consiliis, protinus obsecundarent, Cæsarei fastigii apicem, iure ne an iniuria, relicto Reno transiitum in Galliam) Sed & maxime spectata uirtus Henrici profuit, uti cunctorum suffragiis, ac ne uno quidem repugnante Romani regni sceptra florenti iuueni deferrentur. Authores habeo Luceburgi transacta fuisse comitia. Quod ascribēdum putaui magis ne ignorauisse eam rem crederet, q; ut morem locumq; uetus tam tumultuario p̄sertim tēpore prætermissum, existimarē. Ille ut contra opinionē hōminū per Celtas, perq; comitatum Pontificis renunciatus Rex fuit Pulchiellus, qui iam festinabat compellare Clemētem, illasum se animaduertens, domū irritus spei repetiit, nunquam postea bene de eo Pontifice sentiēs. Luceburgius, qui nihil minus q; Cæsarea gubernaculā sibi credenda cogitauerat omnium primum gratias immortali Deo letoribusq; agendas censuit. Mox ad ea quæ & tēpus & res & maleuolorū conatus ferebant conuersus, mittit in oram Narbonensem, quia Clemēte postulēt, uti ratam sibi facere surrogationē pro more dignaretur. Principes legatiōis, Sabaudiae

HENRICI VII.

audiq; Comes (nomen ut in plerisq; sequentib; non traditur) & Guido Namurceus Flandri Co-
mitis frater, ambo ex propinquis Regiis, iia Cle-
mente, totoq; cetu Cardineo comiter humaneq;
habiti, Mense Aprili, comprobationem actoru
in Germania causa cognita impetrarunt. Decre-
tum uti e Cardinalibus Pratensis & Fliscus prima
quaq; occasione in Italiam proficisci maturarent,
Getibusq; cis alpes habitatibus, Apostolica uice
preciperent, ne quid impedimenti morarue quo
minus potestas nouo Regi petend; urbis foret,
astrueret. Quin obedienter atq; hospitaliter ad-
uentu illius curarent excipere. Sunt qui legem ad
iectam fuisse probationi affirmet, ut intra primu
biennium ad motus Italie cōpescendos Romam
solita expeditioe properaret. Simul ipse summos
Imperatorii numinis fasces acciperet. Cum tres
proxime antecedentes Principes eu honorē preter
misisse constaret. Sabaudo reuerso, uoluntateq;
Clementina perspecta, Conuentus Aquisgra-
num indicitur. Coiere anno in sequente ad id cō-
silium inter alios proceres Dux Brabantiae, Co-
mes Flandriæ, & Comes Raynaldus. Ibi peractis
solennibus generoso uertici Regium Diadema

comes
Sabauidæ
Guido
Namur-
ceus.

Conuentus
apud Aq; s
Granicass

GESTA IMP.

Corona
Henrici
prima.

Prodigiū,

Carolus
Rex Sicilię

Robertus
Rex Sicilię

Archiepiscopus Agrippinæ more maiorum ad octauū Idus Ianuarii imposuit. Quē diē et consti tutiones ecclesiæ celebrari ob memoriam Magorū iusserūt, & tū publica lætitia celebriorē reddidit. Anno a Christo genito M. CCC. IX. ad diem VI. Idus Maii, cœlum ardere uisum, discurrente flamine uortice e plaga Boreali in Meridiē. Quo typo aduentum Henrici portendi Italorum mul ti crediderunt. Interea Carolus Siciliae Rex secun dus, Gallicæ originis cis fretum regnans, rebus humanis excessit. Plures huic filii, nempe maior natu Carolus, Martellus cognomine, & Robertus. Martellus uiuo etiamdum patrem morte, sed filio relicto obiit. Quā in specie, exq; factō ipso, larga disputandi materia Iureconsultis est nata. Nepos ne antecedere iure possit patruum in suc cectione aūita. Sed & responsis prudentū & pon tificia pronuntiatione quadā Robertus annixus, compendium hereditatis obtinuit, paternaç; ne ce comperta, mox Auenionem properat. Ibi nul lis nō modis Clemētis amicitia comparata adeo promouit, ut & rex utriusq; appellaretur Sici liæ, & quicquid præterea alieni æris patri, auoq; per belli quondam tempora ecclesia Romana cre diderat

HE N R I C I VII.

diderat, illi ferretur acceptum, Summa aureo-
rum sex milia superauisse putatur. Tantis bene-
ficiis Robertus se obnoxium sentiens, actis ad
tempus gratiis, operam curamq; Clementi om-
nem gratitudinis ostendendæ pensandæq; di-
gnationis detulit. Hic Quintus qui Luceburgū,
ut supra tetigimus, paulo ante Regem Romanū
declarauerat, siue suspectā habens Henrici potē-
tiam, siue cōtractæ amicitiæ Vasconico more per-
tus, Siculū Romandiola Comitē facit. Eamq;
Robertus prouintiam Giliberto Zantillio Vice
comiti demandauit. Quæ res per pulchram Gi-
bellini Imperatorii iugi detrectandi potestatem
tribuit, uel tantula rebellandi occasione gestienti
bus. Luceburgius nihil eorum negligendum ra-
tus quæ ad amplitudinem Augusti principatus
pertinent, summa ope annis est, ut q; celerrime
documentum aliquod præberet, quantus & q;
propensus sibi esset animus, Pontificiæ dignita-
tis excolendæ. Dimisso edicto per prouintias, ut
quisquis nobilium Augustale beneficium obtine-
ret, die constituto uellet adesse, solennemq; pro-
fectione Romane mitræ capienda causa pro cōdi-
tione, proq; cōsuetudine sua curaret exornandā,

Clementis
inconstan-
tia.

Romādio-
la.

Henricus
de urbe ad
eunda con-
sultat.

GESTA IMP.

Ioannes
Henrici fili
us. Henr
icus Lusa
num.

Guelphi.

Florentini
aduersari
Henrico.

Florentia
Robertum
allicit.
Pisanorū
studium in
Henricum

Ipse uniuersa Germania Ioanni filio demandata, cum non adeo grandi comitatu iter ingressus, al pibusq; propinquans, Lausani constituit, reliquā exercitus partem operiens. Eo mox Legationes ex Italia salutandi causa certatim occurruunt. At Guelphorum factio in Hetruria Cisalpinaq; de gentium, quam semper antehac Theutonice fœlicitati aduersatam constat, in multo maximū me tum incidit, & fama numerosi exercitus, & reliquæ Italiae proniore cōsensu, præcipue uero Flo rentini, inter spem metumq; ancipites, hostiliter ne an deditio fortissimum Ducem exciperent. Præualuit tamen sententia, ui potius, q; abiecta formidine agendum censentium. Itaq; quo uel conturbaretur inaugratio, uellentius certe succederet, conscripta per totam ciuitatem iuuentute, accitiscq; militibus aliis uoluntariis, præsidium haud cōtemnendum efficiunt. Ad hoc pecunia, frumentum, cæterasq; res comparant, uel stipendio, uel obsidioni necessarias. Deniq; foedus cū Siculo Roberto ciuitatibusq; Hetruscis ac Cisal pinis aliquot, faciunt. Pisanorum longe diuersa sententia, ii quo sese Gibellinarum partium, atq; adeo Cesarei numinis q; maxime studiosos Hen rica

HENRI CI VII.

rico in ipso Italiæ ingressu comprobarent, donū Regi aureorum milia quadraginta summiserunt. Eo ueluti uiatico præditus (quippe cuius æram, ut ueris agamus uirtute esset ē nummis in structius) Septembris exitu mouit e Lausano, superatoq; monte perq; arduo, Senisiū, uocant ac colæ, Taurinum est inuectus. Illinc decimo die ^{Henricus} accesserat, Insubres ingreditur. Ibi quoq; magno apparatu acceptus, Astenium dissidia haud ^{Henricus} exilia summa cura composuit. Constabat id tem-
poris Regius comitatus equitum duobus mili-
bus cum residuum perinde expectaretur. Man-
sit itaq; apud Astam toto bimestri atq; amplius, & reliquam, ut diximus, copiarum partem
operiens, & de ineunda Iusubriū ciuitate consul-
tans. Gnidottus Turritus sapientia atq; opibus
clarus, genti ea tēpestate præerat. Is auditio in pri-
mis aduentū, uereri cœpit, ne diuersæ factionis
pars (Gibellini erant, uiolentia illius acti in exili-
um) occasiōe Germani aduentātis in recuperāda
dignitate uteretur. Itaq; præsidium ad urbis sue
tutelam comparat duorū milium atq; amplius.
Ipsi sedus atq; hospitium erat cū toto Guelpho-
rum genere, per Italiam agentium. Sed & operā

Gnidottus
Turritus.

GESTA IMP.

dabat quibuscunq; poterat artib; , ne moeni-
bus reciperetur Henricus, Gibellinæ scilicet facti-
onis patronum, ut paulo ante scripsimus, futuræ
metuens. Necq; tamen obtainere potuit, quin bo-
na ciuitatis pars Regis amantior, simul Cardina-
lis Fliscus, tum Legatus Apostolicus Clementi-
nacq; mandata confidere cupiens, Luceburgium
ultra inuitarent. Rex Romanus dolentibus Gni-
dotti oculis pridie Mediolanum Dominici nata-
lis inuehitur, diecq; sequente octauo Antistes eius
dioceseos in Ambrosii beatissimi delubro my-
steriis uacantis Henrici uerticem secunda corona
redimiuuit. Augustæ quoq; quam una secum ad-
uexerat, idem honor habitus. Affuere solenibus
omnium fere Italiæ ciuitatum Legati Gibellina-
rum modo partium. Ita ut Fluventini dumtaxat
Oratores desyderarentur. Insubrium quoq; in-
terim discordiam quanta fieri potuit cura seda-
uit. Adeo ut & Maphœum vicecomitem cum so-
dalibus, & ciuitatis Archiflaminem, cæterosq;
proscriptos reductaret in urbem. Eo tum quoq;
Legati frequentes ciuitatum Italiæ gratulatu acce-
dunt. Ita ut tota passim Ausonia, Bononiam ex-
cipio, et Paduā, Vicarii Augustales dimitterent,
accipe

HENRICI VII.

accipereturq; Comites. Inter hęc Gnidottus exsus fœlicitatem Maphei, quibuscūq; rationibus poterat, vindicare priscam fortunā molitur. Ac ni sapientia uicecomitis infaustis ceptis fuisset occursum, nanc̄ rem omnem ordine primoribus Regiæ aulæ exposuit, maximus in ciuitate tumulus extitisset, non partibus modo noxius, sed & formidolosus Principi, qui iam securior, bonā exercitus partem per finitima loca neglectim disperserat. Sunt qui dicant Maphem quo certius animū Turrī pernosceret, simulauisse societatem partium, accusatisseq; multis modis superciliū Caesarum, quod id genus Reipub. Principatū nomine, seruitutē re ipsa preseferret. Satius esse æquabilem libertatem omnibus viribus propugnare, q̄ ingenuos ac fortes animos Germanico iugo supponere. Reciperet modo animum, secq; in priscam præfecturam ipse reponeret. Nec detrectaturum populum ne nunc quoq; gubernacula quondam sibi cognita. His atcq; eiuscmodi dictis peruictum Gnidottum cuncta simpliciter credidisse, promisisseq; Mapheo, & Vafro adversario & restituto in gratiam, quem impense cauendum esse ueteri docemur adagio. Illū, Gni- Adagium

Maphei
astutia.

F

G E S T A I M P.

Dotto prodiſo fabulā oēm denarrauiffe Septimo;
Necq; defuisse impiæ criminatiōni fidē. Ita ut die
dicta Turritocq; adesse iusso cognitio pararetur.
Sed is iudicio cōſiliorū intellecto, furtim ad Guel
phos transiit. Iſdem diebus Cremona, Gnidotti
exactiōne comperta, ſimul Florentinorum ad
ducta iñſtinctu, rebellis Henrico efficitur, ſed &
qui Brixianorum Gibellini erant ſuccesſibus Im
peratoris auditis, Guelphos urbe exegerunt. Idē
Parmæ factū, quibus rebus Cæſar cognitiſ, mit
tit qui eas quoq; rixas consopirent, exulibus re
ductis in patriam. Sed breui post tempore Guel
phica pars Felsineorum Florentinorumq; conſi
fa præſidio Brixia Gibellinos inuicem depulit,
ex professoq; hostis Imperatori efficitur. Anno
a Christo genito M. CCC. XI. Mense Aprili.
Imperator Henricus obſeffa iamdiu Cremona,
Geneurenſem Epifcopum, cognatione ſibi de
uinctum, cum Turmis ad Patauinos coercēdos
mittit, quos a Bononiensib; ſtetiffi diximus:
Ab eo Vicentia, que Paduani iuris erat, bello ca
pitur. Præſidium in arce conſiſtens, fuga dila
plum. Ea uictoria ipſos quoq; Patauinos metu
uſcq; adeo perculit, ut ſuppliciter ſeſe fidei in pri
mis

Gnidott⁹
profugit.

Cremona;
rebellat
Henrico.

Brixia re
rebellis
Henrico.

Cremonæ
obſidio
Epifcopus
Geneuren⁹

Patauini
rebelles.
Vicentia ex
Patauiniſ
capta.

HENRICI VII.

mis tradiderint, aureorum milia centum ob con-
tumatiā pendere, Cesarēumq; Præfectū reci-
pere iussi. Idem Antistes profectus Venetias, tri-
butum pro ueterē consuetudine postulauit. Ap-
pulso honor ingens habitus, adnumerataq; in
Thiaram Romanam, talenta Veneta mille. Eadē Thiara &
in ciuitate ipsum insigne confectum, solido ex au-
ro coronā, uariis, maximisq; precii gemmis ad-
ornantibus, Sellam quoq; argenteam, auroq; cir-
cumlitam, frabricatam ibi tradunt. Interea seden-
te ad Cremonam Henrico, oblessi, quia parum Cremona
muniti erant ad obsidionem ferendam simul Ar- in deditio-
chiepiscopi Rauennatis interuentu sese sub con- ne accepta
ditione Tributi pendi ultro dediderunt. Ei-
dem mandatum Antistiti muros ciuitatis, castel-
laq; demoliri, Cesar Cremonensi bello perfecto, Brixie ob-
ad Brixiam quoq; circunsidendam festinat. Nō sidio.
alias pari instructus exercitu, qui parcissime nu-
merant equestrium Germanorum ualidæ arma-
turæ sex milia fuisse tradūt. Nanq; ut rumor per
Transalpinas quasq; prouintias de Mediolano,
ceterisq; ciuitatibus subiugatis increbuit, uix dici
potest, quāta & q; fida multitudo militū certatim
adflueret, pars emerendi stipendii studio, ceteri

G E S T A I M P.

āmore iuncti Regis adducti. Pro certo creditur
Henricū, si in primis abstitisset, relictaq; Brīxia
processisset in Hetruriam, non Tuscos modo,
qui recentis defectionis sibi consciū, iram iustissi-
mi uindicis formidabant, sed & quantam aperi-
re nō interest, partem Italiæ sub iugum missurū.
Quippe qui parum prouisi essent cōtra obsidiū,
quorumq; nutarent iam animi iustitia, clemen-
tiaq; noui Regis impulsi. Sed is dum Cisalpinæ
pertinatius imminet, maiorum rerum occasio-
nem pretermisit. Adeo uincere maximos Duces
promptius scire compertum est, q; uti uictoria.
Quippe uirtus attenuata periculis, nullam non
in partem de prouidendo circumspectat, eadem
rebus sublata secundis, securaq; sui, quæ futura
sunt negligit. Eodem anno ciuitates Hetruscæ
Guelpharum partiū Florentia, Bononia, Senæ,
Luca, Pistorium foedus inter se aduersum Hen-
ricum sanciunt. Florentini præsidiū equitum Hi-
spani generis CCCC, quos a Roberto acce-
rant misere Bononiam, itidemq; Senam & Lu-
cam, si forte ea regione Germanus statuisset ince-
dere. Sed & quicquid Gibellinorum in ciuitati-
bus Guelphis uersabatur, exactum, Sub hęc per-
stante

Florentia.
Bononia.
Senæ.
Luca.
Pistorium
hostes sue-
runt.

HE N R I C I VII.

stante Cæsare in obsidēdā Brixia , uariæ utrimq; clades acceptæ, inter cæteros autem Proceres, & frater Regis & equitum Magister Vualramus ,

Vualram⁹
Henricis fra
ter occum
bit.

magnæ indolis, iſtu sagittæ percuſſus, interiit. Corpus apud diutum Barnabam conditur, quod

templum nondū ciuitate clausum fuſſe, Iacobus Philosophus in ſupplémento author est, eo infor tunio, ſublatos pauloante Cæſarianorū animos reſedifſe ob eximii iuuenis necem Brixiani credē

tes, frequentius iā incautiūq; excuſare ceperūt. Etenim die quodam licentius euagantes, inter cepti, fuſi, fugatiq; ſunt. Ceforum numerus CC.

Capti ex ciuitatis primoribus XL. inter quos Galeaceus, cognomēto Brusatus, obſefforū Tri

Galeaceus
Brusatus.

bunus. Is quia fidē Regi nō multo ante datam in fregerat, quadrigarū uiolentia diuersam in par

tem miſerum diſtrahentium corpus perfidię pœnas exoluit. Cæteri captiuorum ſecuri percuſſi.

Nihilo magis proficiente ad euincendam contumatiā exemplo ſeueri ſupplicii, quin hostes coe

leſti quoq; fauore adiuti uidebantur. Strue cada uerum odoreq; diurni exercitus in cubantis,

Morbus
in Caſtris
Henrici.

corrupto aere, ita ut plurimi Theutonum uarios in morbos inciderent, cogerenturq; aut miſeri

GESTA IMP.

e uita excedere , aut in glorii , nec id citra discri-
men , repetere patriā . Procerū ea extinctorū tabe
Gnido Na
murcæus
occumbit. præcipius Gnido Namurcæus , cuius supra me
minimus , Flandrorum quondam Tribunus in
Curtracensi prælio , atq; ob id rerum gestarum
claritate spectatus . Quam ob luem magna pur-
puratorum pars Henricum de soluenda obsidio
ne solicitat . Illo magis intolerabilem ac minime
perseueraturam necessitatem hostium , q; labore
exercitus obseruante . Quare decadere non nisi
compos uoti statuit . Quibus rebus intellectis ,
obfessi effecti supplices , Cardinalis quoq; Flisci
auxilio ueniam cōsequuti , ad diem XVI. Kalen-
darum Octobriū fidei Principis sese dediderūt .
Brixia in
deditiōnē
accipitur. Rex ciuitate potitus , murisq; protinus ac turri-
bus demoliri iussis , tributum aureorum XX.
miliū , præterea obsides centum , quos ex om-
ni ciuium multitudine selegisset , belli iure impe-
rat . Magno stetit ea uictoria , nempe uix quar-
ta exercitus parte superstite . Cremonam hinc ut
rediit , incepit consultare de componendis rebus
in posterū . Placuit ordinata Longobardia , præ-
Ordinatio
Cisalpinæ
Galliae. sidibusq; per ciuitates impositis , Lygures pete-
re . Mediolanū , ut diximus , procurāte Mapheo ,
Veronam

HE N R I C I VII

Veronā comite Scalari, Parmam Giliberto Cor
regio, Pascarino Bonoposo Mantuam. Quæ res Parma,
parum salutaris postea ciuibus extitit. Quos præ Mantua,
fectos legum seruandarum causa in p̄fens præ Longo,
posuerat, superbe, auarecꝝ postmodum imperā bardiae per
tibus. At illis & in primis occupatio, & aureo,
lorum copia, ut in perpetuum confirmarentur,
quæ temporis causa concessa fuerant, effecerūt.
Guelphorum ciuitates ubi aduentare Henricū
accipiunt, obsideri iussis itineribus Ligurum,
remorari transitū illius conabantur. Isdem die-
bus Clemēs de repetenda urbe Romana ab Hen-
rico compellatus per literas, ipse consilio Eccle-
sie generali distentus, Pratenſi Cardinali peten-
dæ Italiae inaugurandis Regis singulari manda-
to negotium impartitur. Cæſar ad diem XI. Ca-
lendarum Octobrium maximo apparatu Ge-
nuam est inuenctus. Principem Dominumq; so-
lenni more appellantibus, mox componendæ Opicinus
discordiæ ratio habita. Itaq; Opicino Spinulæ Spinula.
sociisq; iampridem exulantibus confecta restitu-
tio. Quæ res ingentem illi dilectionē ciuium pe-
rerunt. Ipsi milia aureorum dono data centū,
Regiæ uero coniugi XX. Ea quum in sequente

GESTA IMP.

Auguste
mors.

Henricus
Pisas uenit

Enumera-
tio Proce-
rum,

mense grauiter egrotare coepisset res humanas re-
liquit. Elata tumulataq; solennem inter pompā
apud beatissimi Francisci Cenobium, pudicitiae
singularis religionisq; spectate scemina. Anno a
Christo genito M. CCC. XII. ad diem quartū
Caledarum Martii, Genua profectus Henricus
classe Triremium XXX. Pisas aduehitur. Quæ
ciuitas nullo non genere apparatus eo uel exqui-
sitissimo Regem accepit, Dominum quoq; inter
publicas acclamatiōnes consalutans. Censebatur
tamē in primis exercitus mille quingentis trans-
alpinis equitibus, precipui Germanorum Pro-
cerum, Archiepiscopus Treuirorū Baldeuinus,
cuius supra meminimus. Episcopus Eburonū,
frater Barri Comitis, e propinquis Regiis, Dux
Bauarus, Comes Subaudus, aterq; e propinquis
Regiis, Comes Foresti, Guido Viennensis Del-
phini frater, Henricus Flandrorum Comitis, fra-
ter itidem e propinquis Regiis, Robertus ipsius
Flandrorum Comitis filius. Comes Viennæ,
Præfectus prætorio, quē nostri Aulæ magistrū
appellant, uir maximi in re militari nominis. Eo
dem anno Mense Aprili, Robertus Siculus, cu-
ius supra mentio est habita, de Romano Henrici
itinere

HENRICI VII.

itinere certior factus, cum nulla aliunde lacessem
di Regis extaret occasio. Simul ita facere, ab Vrsi Vrsini,
na factione iussus, Ioannem fratrem mittit, ad ur
bem cum equitum sexcentorum præsidio. Lite
ris subinde scriptis ad ciuitates Hetruriæ, Guel
pharum partium de summittendis opportune
Romam auxiliis. Ricardo Lūensi Comiti, quē
Robertus Tuscis imposuerat, datum negotium
Latii mature ineundi, idq; cum Phalange pedi
tum duorum milium sexcentorū, li ad diem xvi.
Calendarū Iuuī Romam peruecti, Vrsinos con
ueniunt, moxq; de sententia consilii Capitolium
Hadriani molem ac Vaticanum armatis insede
runt. Petro Sabaudo Senatore urbis cōiecto in
vincula. Columnis aliisq; Cesariarum partii
Lateranum, Mariam maiorem, amphitheatrū,
Rotundam, sanctamq; Sabinam occupantibus. Henrici p
sidia in Vr
bc.
Inter hæc Pīlis Henricus Equītibus bis mille, &
hoc amplius constipatus, recta per Tuscos Ro
mam contendit. Viterbium absq; negocio capit,
ibiq; dies aliquot constitit, occasionem inuaden
di Vaticani expectas. Postq; tempus idoneum
uisum est perrumpendis insidiis, Viterbio pro
mouet, occurrentesq; Vrsinos, leuibus præliis
Viterbiī
capitur.

G

GESTA IMP.

uerit in fugam . Simul popularibus in ciuitate
rem strenue gerentibus , ante diem Calendarum
Junii Vrbem uisenda pompa introiit , protinus
Henricus
urbem Ro
mā ingre
ditur.
de expugnandis Roberti Clientū reliquiis con-
sultat . Itaq; missis , qui singula factionis præsidia
deturbarēt , pro certo creditur quicquid ibi Apu-
lorū Ibericorumq; fuerat , depulsurum , nisi pre-
lio quodam sexto & uigesimo Maii die cōmisso ,
quum alii Ducum quidam , tum Leodiorum oc-
cubuisset Episcopus . Hunc em̄ perfractis (is erat
Episcopus
Leodiorū
occubit.
ardor hominis) uiarum custodiis , in Castellum
Angelicum properantem , Robertini Florali ex
area per obliquum progressi circumueniunt , fu-
gant , funduntq;. Cæsarianorū qui capti occisiue-
runt , numerus milium duorum traditur . Ebu-
ronum , quē iam dicebamus Antistitem , in equū
ab Victore raptum , uehementemq; inermem Hi-
spanus quispiam conspicatus , cuius paulo ante
fratrem Alemani confecerant , cum non aliam fra-
ternæ necis ultiōem euenturam speraret , leta-
li percussum uulnere , ut paucis post diebus mo-
reretur , effecit . Eius interitu Principis , qui & uir-
tute & authoritate eminuissest in Regia longe ma-
ximus paucor Cæsarianos inuasit . Robertinis ecō-
trario

HENRICI VII

trario lætitiam tristi casu afferente. Porro Luceburgius ne tempus om̄e, urbanis rixis attereret, statuit absoluere res, quarum causa potissimum urbem petiuerat. Itaq; de sententia Cardinalium Conuentu in Lateranum ad diem Sextilium Calendarum indicto, Ostieñ, q; Flisco, & Arnaldo Cæsareas insulas sacrato capitii imponentibus, quod felix faustumq; sit, prægrandi apparatu, singulariç; spectantiū gaudio, Augusti non men, Apicemq; fastigii Imperialis accepit. Per Henricus Tybur, Tertia Henrici Corōa
 Etia inauguratione, Bauarus cum parte Procerū perfunctū se officio comitandi existimans, assūmpto commeatu in Germaniam abiit. Ipse Tybur paucis post diebus concedens, multa ibi ueneratione incolarum exceptus, Pisias repetit, Guelphi cæ ciuitates Hetrurie, ubi que Romæ acta fuerāt, deq; Principe decedente, intelligūt, iter illius rursum includere nitebātur. Ac ueriti, ne parum instructi, copioso agmini minus resistere ualeant. Socios in urbe degentes, per literas commonefaciunt, ut & nouum amplectentur consilium, et properare mox in Tuscos maturarent. Interim Cæsar Gallia repetita, per agrum Perusinum exercitu infesto progredit, cunctac; ferro atq; igne

Perusinus
ager uastat

G ii

GESTA IMP.

deuastat. Castellionē ui capit, Cortong, Aretiūq;
reuerenter occursum uenienti, portæq; apertæ
inde crebris cum Guelphica gente præliis fœli-
ter gestis, uariisq; Florentinorum Castellis euer-
sis, agrisq; uastatis, in opia pabuli proficiisci com-
pellitur. Ad eum Bonatiano in predio (id loco
uocabulum) agentem, Legati ab Rege Sicilię Fri-
derico mari deportati, donum aureorum milia
XX. ad ferunt, fœdus, amicitiamq; petentes.
Postulatis eorum assensum. Postq; Cæsar Pisas
accessit, legibusq; coercere hostes aggressus, q;s
bello pſecutus fuerat, & asperrima edicta in Tu-
scos Roberti partium promulgauit, & suos inui-
cem clientes pulchris beneficiis deuinctiores ef-
fecit. Quippe Spinulę, cuius supra mentio est ha-
bita, Marchioniq; Montis errati cum alia digna-
tionum genera, tum ius monetę cuditæ tribuit,
tum de Roberto castigando tractatum. Causa co-
gnita, dec̄ consilii sententia, ob læsam Maiestatē
Romani Imperii paterno illum Regno, prouin-
tialiq; comitatū excidisse pronuncians. Que de-
creta postmodū defuncto Henrico Pont. Maxi-
mus Ioannes XXII. pro potestate rescidit. Estq;
ea res in publica monumenta redacta. Sub idem
tempus

HENRICI VII.

tempus Henricus Flander magister equitum Cœ
sar is Pisanum agrum cum turmis circumuagari
coepit , arcemq; fortissimam Petram sanctam ,
Florentinis & Lucensibus suspectantibus expu
gnauit . Imperator nihil actū ratus uerbosis sen
tentiis , nisi facta consequerentur , ad hoc Hetrus
co bello finem cōmodissime posse imponi si Du
cem caputq; damnandæ audatiae contudisset , tra
iicere in Campaniam ad ipsum Robertum armis
perdomandum statuit . Icto , ut ante diximus ,
cum Friderico foedere , missisq; in Germaniā qui
supplementum legionum conscriberent , placuit
uti die constituta expedita classem in Ligustico
sinu explicaret . Numerus Cæsariani exercitus
ad armatorum quatuor milia traditur . Accessit
eo & Genuensium classis , triremium Septua
ginta . A Friderico quoq; Arragine triremi
bus quinquaginta submissis . Pisis Cæsar No
nis Augusti decepsit . Quo die Fridericū quoq;
Messana Rhegium traieciisse postea compertum
est . Eamq; ciuitatem expugnauisse cum oppi
dis aliquot aliis . Henricus iter per Hethruriam
faciens , ubi ad montem apertum accessit id no
men loco tribuere accolæ aegrotare manifesto

G iii

GES T A I M P.

incipit. Tametsi iā inde a relictis Pisis initia morbi irrepentis animaduerterat. Sed ipse qua erat integritate, animiq; magnitudine, ne die dicta temere absuisse crederetur, fidei quam ualentudinis rationem habere maluit, inter medicamenta autem balneæ maceratang indicata fuere. Itaq; eo loco profectus, procuratoq; de medicorum sententia corpore, tese Bonoconuentū cōtulit. Ibi mox ingrauescēte malo, excessit e uita ad diem IX. Calendarum Septembriū, diuo Apostolo Bartholomeo celebrem. Anno, quam imperium acceptasset quinto, mense octauo, defuncto Cæsare, id quod fieri in funere magnorum Ducum afferet, luctus incredibilis omnem comitatum percūlit. Itaq; familiares defecti Principe, pars Teuthonicos lares repetiit, cæteri Regium corpus protinus Pisas, ut uiuus iusserat, singulari fide ciuitatis adductus deportarunt, ibi quoq; nō a sociis modo, sed ab oppidanis quoq; maiorem in modum defletus, solenni atq; exquisitissima pompa effertur. Vitam instantissimi Principis, qua accepimus, ut puto traditione narrauimus, quem non Italia modo, nullis necq; aduersis frangi potuisse, necq; secundis efferri manifesto cognoverat,

HENRICI VII.

rat, sed & Barbaros lætitia inuicti Ducis extincti obtinuit. Qui in uiuo nihil prosus rerū nouarū tentare ausi, defuncto cūcta per Italiam, ut postea constitit, miscerūt. Neq; Pisanis, ceterisq; optimatibus dubium erat, nisi maturatus fuisset interitus, regnum Roberto bello ablaturū, quippe cui peregrines essent ad propugnandum copiæ. Ita ut ne signa quidē crederetur collaturus, quin cognito mox Imperatoris aduētu, nauigio auolaturū Narbonam. Quod si Campanię obtinendę facultatē Dii tribuissent, infinitū esse quantū ille rex, & opportunitate commeatuū, & innata uirtute moliri efficereq; potuerit. Fridericus, cui fœdus cum Imperatore percussum, paulo supra tradidimus, medio agens alto, ut excessisse Cesarem e rebus humanis accipit, ingenti uidelicet molestia animi cōsternatur. Eratq; ea constantia, Henriciq; amore, ut quoniā coram uidere uitium nequiverat, extinctum saltē cōtemplari exoptaret. Itaq; Pisas non ob aliam rem nauigans, prolatū corpus Regium inter uberes lachrymas cōuenatus, recondi difficile passus est, constantissimi Ducis amicitiam immature sibi deplorās, adm̄ptam. Sed & Pisanus populus Henrici imitatus

Præcipua
uirtus Hen
rici omniū
scriptorū
attestatiōe
notata, ut
nec aduer
sis frange
retur, nec
secūdis ef
ferretur.

Friderici
probitas.

GESTA IMP.

iudicium, quem ille sotiu sibi delegerat, hic Principem sortiri decreuit, ultiro ei ciuitatis delato imperio. Ceterum Fridericus satius existimans parta defendere, q̄ nouis implicari, simul aliam sibi esse rationem, quā Luceburgio fuerat, tuendi patrimonii successionem uitam aduenticiæ ciuitatis procurationi actis gratiis duxit preferendā. Pari cautela Sabaudus Henricusq; , quorū ante meminimus usi, delatas sibi quoq; ciuitatis habenas modeste recusarunt. Ita ut tam pertinaci repugnatione Principū, Pisanos suspicio metusq; haud exilis incesseret. Veteranorū Cæsaris pars multo maxima Germaniam repetiit. Reliqui uoluntarii nomina Pisano præsidio tribuerunt. Summa eius Reipub. in subsidium maiorū Principum, ad Vgutionem Faiolam delata est, Is & Imperatoris ante nomine præfuerat Genue, & magnas postmodū res pro partibus Gibellinorū patrauit. Florētini nō Imperatoris modo priusq; subsciunt, obiret, exulumq; formidine, sed & seditione interna pullulante coacti imperium ciuitatis Roberto publice detulerunt. Acne libertati uetus genua immutatio noxia forteficeret, legem adiiciunt, ut ne supra quinquennium potestas concessa teneretur

Vgutio
Faiola.

Florentini
Roberto se
patrauit.

HE N R I C I VII.

Heretur. Idē sere reliquę ciuitates Hetruriæ Guelphæ fecerunt, ita ut euidenter appareret, eo iam necessitatum Henrici perseverantia redactos aduersarios, uti intra paucissimos dies sub iugum mitti potuerint. Atqui iam olim uariis experientis cognitum est, quum aliis in rebushumanis, tum in bello primas obtinere partes fortunæ ludibrium, ita Magnus Alexander tentato ueri-
us orbe terrarū q̄ domito, sed cui iam rerum uni-
uersitas propter felicitatē coeptorū destinaret,
in ipsis iuuentæ primordiis excessit e medio. Sic
Hannibal Cannensi uictoria nobilitatior, q̄ prū Hannibal.
dentior, occasione capienda urbis prætermisit.
Scipiones in Hispania duo, mediis rebus, me-
diisq; annis res humanas reliquere. Patrū quoq;
nostrorū ætate Amorathes capto Byzantio, Hy-
drunteq; direpto, omnem sibi iam despondens
Italiam, intercipiit. Nuper uero Britanniæ Regē
Henricū captis duabus ualidissimis ciuitatibus
Galliae, perterritisq; ac consternatis absq; dubita-
tione hostibus, sapientia nō uita destituit. Qui
aut cecus fuisse dictus est, aut certe si tantā oppor-
tunitatē prouidebat, necq; tamen fortunę suę ob-
sequebat, excors. Hos ut dixi, casus inter fortuita

Alexāder
Magnus.

Scipiones

Mahume-
tes.

Henricus
Rex Britā-
norum.

H

GESTA IMP. HENRICI VII.

Opinio de morte Hen
tici.
reponebat antiquitas. Nos ad Deum Optimum Maximum publico consensu deferimus, e cuius æquissimo arbitrio quicquid rerum humanarū uel sit, uel dicitur, sumit originem. Variā de gente mortis opinio. Nonnulli uenenum malum niueo libello inditum asserunt. Quod per inessa bilia mysteria cōmutatum, quotānis morituriq; libamus. Monachos Prædicatorii ordinis, qui bus ille ministris utebatur in sacrificiis, horrendi facinoris extitisse authores, eamq; rē Beneuenutus Imolensis seculi eius in literas retulit. Fuisse tamē postea ex ea familia, Cartusiensis in Fasciculo tradit, qui re delata ad Pontificem Maximum, decretum causa cognita impetrarint, quo innoxius eius ueneficii ordo uniuersus pronunciatus fuit. Dominicanī qui Luceburgi agūt, hoc amplius Coenobii sui authorem non alium citant quā Henricum. Necq; ergo fieri potuisse, uti tantum scelus in tam bene meritum perpetratū extiterit. Nobis potius in medio relinquere placet disputationem funestam, q; de infandæ audatiæ fama certam proferre sententiam.

FINIS.

P·CALLIMA=

CHI EXPERIENTIS

Attila.



Otthos, siue agri inopia domila
borantes, siue benigniore ccelo
terraq; patriā quærētes, Berith
Duce, ingenti multitudine ori-
ginum suarū Insulis auctos, ex-
cepit prius id littus Germani Oceani, cui hodie
Quoq; nomen Gotthiscantia. Qua regione etiā
postea improbata, sub Filmiro Quinto a Berith
rege, pulsis indigenis Vlmerigorū terras occupa-
vere. Deinde uiribus animisq; adauictis, ceteras
pene omneis terrarū orbis partes uaria bellorū
fortuna euentuq; peruagati, cū interim alii atq;
alii iugi successione apud eos regnarēt, tandem uer-
si in Pontum, inter Bicem paludem, & Boristhe-
nis hostia sedem quū cepissent, ad suorū Ducum
nomina, suum accommodatēs, qui propinquio
ra fluminī tenuere, Visslogothos, cæteri Ostro-
gotthos se appellauere. Vnius tamen eiusdemq;
Regis nutum omnes intuentes, inde subiectis si-
bi Vandalis, Marcomannis, Quadorumq; no-

H ii

P. CALLIMACHI

mine uniuerso , circumtulere arma ad Septentrionem, quo tempore imperii eorum summa erat
penes Emenicum Amalum, quem plæricq; laudibus Alexandri Magni adæquandum putant,
gloria rerum gestarum, domitis, subactisq; du-
ctu auspiciisq; ipsius Herculis Roxolanis, Vene-
tis, Helstorumq; populis, cum nationibus cæte-
ris, usq; ad glacialem Oceanum . Eam gerendo-
rum bellorum audaciam ac foelicitatē, sic undiq;
a Gotthis, ingenti nominis sui terrore circum-
stam, florentibus tum maxime Emenrici rebus
prouocatam , post multa certamina uicissim ad-
uerso prosperoq; euentu commissa , submouere
procul a Bice Ponticq; littoribus, tenuerecq; aliq;
diu sub imperio Hunni , de quibus , tradita ab
authoribus summatis repetam, quo, uitæ, mo-
ribusq; & bellis Attilæ ipsorum quarti a transitu
in Europam Regis explicandis , si qua humanæ
uirtutis modum in eo uiro supergressa videbun-
tur, relato ad Deos originis argumēto, fidem ac-
cipiant . Scribunt plæricq; Filmirum Gotthorū
Regem , sed rerum antiquarum peritiores me-
moriæ proditum reliquere, Idantirsum exercitu
lustrato nonnullas foeminas, Alirumnas Scythe
uocant

EXPERIEN. ATTILA.

trocant, ultra communem aliarum speciem corpore atq; indeole augustas, Scytharum castris exclusisse. Easq; subinde in solitudine trans Mæotidem in Asia agitantes, a Faunis & Satyris cōpresfas, Hunos genuisse, quorum mox soboles tanta fœcūditate propagata, ut credi par foret, Deorum quoq; cuiuspiam ad id operā accessisse. Sic geniti, sic propagati, nullius usquam diuinæ aut humangrei commertio, cum alio quopiam gene re hominū habito, diu natalia loca, ab omnibus, lingua, uictu, habitu, moribus discrepantes, incoluere, sine ullis ædificiis, sub diuino passim, & tantum ferarum pellibus, aduersus coeli terræq; rigorem & tempestates circumiecti magis, quā amicti, sine ulla inter se cultus iactatione, capitum tegumenta galericuli incurui informescq; ac multo informiores ex libro calcei, sub hoedenis pellibus crurum inuolucrum. Sed nec ullo cole di agri serendarumue frugum, usu cognito, uenatum, palustriumq; arundinum radices (quas regio præ dulces fert) pro cibo habuere. Eteum quidem neq; coctum, neq; saporibus incitamentis gulae adulteratū, sed aut in Sole, aut sub alis calefactum. Non religio apud eos numinis ue

- L
- Y
- O
- D
- P

P. CALLIMACHI

lius, uel metus, uel reverentia, corpora hirsuta,
facies terribilis ac minax desequētibus in filios pa-
rentibus, ipso natali dīe, marium scilicet omnīū
genas candenti ferro infecando, & ante primam
alimoniam uulnerum patientiam incutiendo,
Ex quo, sine formae uenustate sere imberbes sem-
per, cicatrica & sulcata cute, tempestiuam pilo-
rum gratiam non admittente. Cæterum, ad ro-
bur, ualetudinemq; cum agilitate admiranda,
tanta sitis, inediæ, frigoris, cæterarumq; huma-
narum necessitatū tolerantia, ut uel exinde di-
uini in eis seminis origo argueretur, Argenti aut
auri, nec usus, nec possessio uilium ac promiscuo-
rum commertia permutatione exercentibus, di-
uitiae sole & gratiae in armentis, maxime equorū,
quibus insidere iam tū a pueritia honesta, medita-
tione assuēscētes, facile postea natīōes ceteras obe-
ndis equestri disciplina preliis superarūt, iracū-
dum, sed per se deserens, nouarū rerū studiosum
ac p̄dē immodice cupidū, paulatim deinde, aut
domi excogitata, aut peregre accepta lanificiū rati-
one, paulo humaniori habitu sese excoluere. Reli-
gio quoq; incessit animos, suscepta Iouis, Vene-
ris, Mercurii, sed in primis Martis ueneratione,
 quorum

EXPERIEN. ATTILA.

quotum Deorūa Scythis mysteria cum accepis-
sent, etiā Scythicis nominibus appellabant. Sed
& prēde studio grassantes in gētes alias, ut queq;
proximior erat, & minus ualida, a faxis fustibulq;
uel duratis igne, uel cornibus exasperatis, que te-
la a principio illis fuere, ad notitiam prius armo-
rum, deinde etiam ad usum peruenere, arcuūq;
in primis in quibus tantum studium exercenda
iuuentute impendere, ut eos quoq; ipsos, a qui-
bus sagittandi peritiam accepissent, breui antecel-
lerent. Iam tamen frequentibus incursionibus ra-
pinisq; gladiorū, etiā ac loricarum ingentē nu-
merum adepti, iuuētutis suæ maiore partem pro-
pe iustis armis, ad Scytharum speciem armaue-
rant, cum Baudetes post Regiam stirpem primæ
apud eos nobilitatis, uenandi studio ceruam in-
sequens, sic ante se fugientem, ut laſſitudini mox
cessura uideretur, nō prius abstiuit, quā superata
Meotide, se, uelut in orbem alium elapsum uidit
Cum itaq; cerua, quam oculis pedibusq; subse-
cutus usq; ad paludis extrema progredientem,
nusquam appareret, in campis undiq; lōge lateq;
patetibus, uenerabunde speciēq; et situm locoru
miratus simul adoratis Dīis, in q̄rū tutela regio

foret, nec dubius secū, numinis alicuius ductu se
illucusq; peruenisse, retro ad suos, seruatis uesti-
giis, cū gratulatione reuersus, om̄ia ut acta erāt,
& quæ uidisset, exponit, quibus auditis, qui ad
id locorū paludem imperium crediderant, ere-
ctis in spem letioris fortunæ animis. Tum uero
cupiditate intuendi ea, quæ a Bandete, contra, ac
prius opinabantur audiebant, tumultuario con-
sensu, Velambro Regi suo, prope necessitatem il-
luc mouendi imposuere. Non prius tamen mo-
ta sunt castra, quam qui exploratum missi, haud
difficilimi laboris rem fore transitum retulerāt,
tentatęq; in euentum sortes, fœlicem faustamq;
migrationem portenderāt. Superata igit̄ Mæoti-
de, duce Bandete, positisq; in Europa castris, pri-
mum impetum uertere in Sarmatas, palidis ex-
trema sub hostium Tanais accolentes, quos im-
prouisos, & nihil minus, quam bellum cogitan-
tes aborti, facili negocio superauere, direptisq;
ipsorum curribus, & magna iumentorum præ-
da abacta, captiuis subinde armis, quicquid mili-
taris ætatis inerme inter suos adhuc supererat, ar-
mavere. Creuit (ut fit) animus uictoribus, are
bene gesta, et multiplicata arma etiam fiduciam
auge-

EXPERIEN. ATTILA.

angebant. Itaque per mediterranea in Datiā, Mi-
siāmque declinantes, cum Gepidis atque Alanis,
pari ac cum Sarmatis sc̄licitate pugnauere. Ho-
stibus non tam armis cedentibus, quam nouum
trucemque oppugnantium aspectum non substi-
nentibus. Difficilior res cum Gotthis fuit, exer-
citatis omnium fere gentium bellis, & uictoriarū
numero et magnitudine, tum insignibus, tum su-
pra, quam ut uincisse posse crederent elatis. Nam
licet primus congressus Hunno ex sentētia cessis-
set, propter militare seditionem apud Gotthos,
ab Saro atque Amnio inter primores gētis opibus
atque autoritate præpollentibus contra Emen-
cum Regem suum excitatam, in ultionem coniu-
gum suarum, quas uelut ad dominatum uiros in-
citarēt, paucis ante diebus iussu Regio, equi cau-
dis suis alligatas, non minus secede, quam crudeli-
ter in partes lacerauerant. Qua occasione seruata
cum Rex non minus senio, quippe quod uigesi-
num supra Centesimum annum ageret, quā uul-
nere quod eo in tumultu acceperat, confectus oc-
cubuisse, facile Hunni uictores euasere, pulsis
Gotthis ad interiora Sarmatiae, qua maxime in
Septentrionē porrigitur, sed Vinitarius Emen-

P. CALLIMACHI

rici fratruelis, suorum reliquiis collectis implorata
tisq; a Vitulfo atq; suo auxiliis, mox tanta felici-
tate bis aduersus uiatores copias eduxit, ut maxi-
mam gentis partem deleuerit. Tertio prælio in
ipso congressu sagitta transuerberatus interi-
ens, non eius tantum certaminis, sed belli etiam
totius uiatoriam Hunnis reliquit, suis uero parē-
di necessitatem. Nam exinde Gotthi Hunnis pa-
ruere, inter initia gerendarum rerum cōtra Got-
thos, Mundruth, qui & Mazuchus dictus, mor-
tuo Velambro successerat illi in regno, post quē
licet Attilam Bledamq; filios reliquisset, tamen
quia propter ætatem adhuc teneram principatu-
gerendo impares uidebantur, Hnnni suarum re-
rum sūmmā detulere ad Hottarem & Rugilam,
Mazuchi frates, quorum ductu et auspiciis mul-
ta & præclara gesserunt, inter quæ memorantur
in primis duæ in Burgundos expeditiones, pro-
pter utriusq; gētis maxime insignes clades. Quā-
doquidem Burgundi priore bello multis certa-
minibus remale gesta, ubi rursus contra se, Hun-
num mouisse senserunt, ad diuinam opem cōsu-
gere, Christianisq; mysteriis iniciati, magno pre-
lio fusos hostes cēlosq; finibus suis exturbauere.
Hottari

EXPERIEN. ATTILA.

Hottari & Rugilæ successere Attila & Bleda, statimq; a principio dominatus, uertere arma in Ge
pidas, frustra lepe ab Hottare & Rugila tentatos.
Sed affuit coeptis fortuna, quippe & supra spem
cōsurgendi ad arma rursus, primo certamine cœsi
in deditonem uenere Attilæ, qui cæteras subin
de Sarmaticas nationes haud magno negocio si
bi subiecit. Ea dum gereretur, Visogothi ferent
tes indigne Hunnorum imperium Datiam Misia
amq; utramq; incolendas, a Valente Imperatore
Romano impetrauerant, quibus persequendis
dum pararet Attila expeditionem, Bleda interiit
Et quia mors eius subita uulgatum est, a fratre ue
neno necatum, ut aut socium Regni, aut æmulū
submoueret. Persolutis itaq; more apparatuq;
regio iustis Bledo, Attila in Visogothos mouit,
uictosq; Misia & subinde Datia, in Pannoniam
subsecutus est. Vnde fessos cœlosq; multis ac ma
gnis certaminibus, tandem commigrare in Gal
lia coegit, ipse uero uictoria illectus, in Thratiā
& Macedoniam transcedit, penetrauitq; usq; ad
Achæos ad Aegeū mare, quæ res cōpulit Martia
nū, qui orientale tenebat imperiū, ut cū Persis &
Vādalīs qui in Asiam se receperat, pacē firmaret,

P. CALLIMACHI

Volebat enim stabilitis trans Pontū rebus, Hunno occurrere. Sed Attila seu affuturi Martianī, cum ingentibus copiis fama motus, seu territus ostento, quod sereno & tranquillo cœlo nemine impellente tabernaculum ipsius corruit. Cum renunciaretur pacatam esse Asiam, Martianumq; Constantinopolim properare, cōuerso agmine rediit in Pannoniam, ibicq; sedem suam ponere cōstituit, simul locorū captus amoenitate, simul perspecta opportunitate retinendis sub ditione sua nationibus, quas deuicerat, quod uelut in cœrice illarū positus, omnem tumultuandi facultatem omnibus adempturus appareret. Nec minus magnis & frequentibus fluminibus undiq; circumsepta regione, a subitis quorumcunq; incursionibus tutum fore se credebat. Sed & cogitationis suæ exitū per sortes exploranti, fœlicia omnia & stabilia obuenerant. Captis igitur descrip̄tisq; locis, per quę gētibus suis distributis, regionem munitam, clausam insultibus externis redideret, aliquātulum temporis stabiendiis rebus acregno suo totum scribendis legibus, quibus agitarent inter se, absump̄it, putabat enim conscriptis legibus hoīes fieri meliores, cū intueret, quotidie

EXPERIEN. AT TILA.

quotidie quæ bene merentibus de communī utilitate proposita essent, præmia, & quæ flagitiis poena immineret. Cæterum, principem uiuam esse legem, in quo & laxamentum aliquid uitiorum uirtutumq; pro conditione rerū atq; temporum compensatio, mox domi & quacunq; a Pannonia in Boream & Subsolanū Europa porrigitur, pacata omnia & firma sibi cū intueretur, reputans secum, Gotthorū in Italia & Gallia successus ad Occidentale imperium animum adiecit. Erat enim gloriæ ac bellorum percupidus, quibus gerendis tantundem consilii adhibebat, quantum studii suscipiendis, & cum manu strenuus foret, non minus erat temperatus. Cæterū supplicibus prope ad molliciem facilis, & qui infidem semel receptos, in perniciem usq; suam tueretur, moliendis efficiendisq; rebus mira in eotum dexteritas, tum uelocitas, & multo admirabilior subeundiis periculis constantia. Sed ut Clementis animi in deditos, ita inexorabilis in deuiuictos, uestitu quam splēdidissimo utebatur, putabatq; id ad maiestatem pertinere, inter prandē dum raro sedit, in coena profusus erat, cibumq; audiissime conficiebat, cæterum carne plurima se

P. CALLIMACHI

farsiens, a pane fere abstinuit, ut qui inepti et pauci succi alēdis corporibus eum arbitraretur, uino immodice cum indulgeret in ocio, semper tamē sibi ipsi constabat. Religione uero persuasionibusq; de Diis, a gente sua suscep̄tis, usq; ad superstitionem addictus, dicebatq; nullo sanctius sacrificio Deos piari, quam si iuste et benefice inter homines agitaretur. Incitabat autem exemplo suis ad cæteras uirtutes, tum maxime ad temperatiā in bellicis expeditiōibus, cū plæruncq; aqua et plebeia pulle contentus in publico pranderet, Existimans eam tolerantiam humanarum necessitatū, que ob sedēndis expugnādīsc̄ urbibus, cum itineribus, ac reliquis muneribus obeundis militi est necessaria, nulla re magis impediri frangiq; posse, quam delicatioris uictus consuetudine, pecunias, ueteri maiorū suorum instituto, prope contemnebat auditusq; est sæpe, cum diceret plus esse molestiæ in earum amissione, quam in possessione uoluptatis, armorum meditatiōnes, ad tyrones exercendos, minime necessarias arbitrabatur, quocunq; periculo satis ex tempore inferendis propulsandisq; uulneribus erudiēte. Statura corporis fuit infra mediocrē, pectore actoris

EXPERIEN. ATTILA.

ac toris supra staturam sese in robur efferebatur,
capite autem maiuscule, aut erat, aut apparebat,
ex oculorum orbibus, ad Sauromatum speciem
paruis, barba illi rara admodum et iam tum raris
adspersa canis. At color, qui eius agreste originis
genus indicaret, sermo horridus et minax ac pro-
pter barbaram pronunciationē auribus grauis,
incessu quoq; adeo gestuosus & compositus, ut
uel exinde superbissimi animi contraxerit in-
famiam. Accedebat uero ad naturalem audaci-
am periculorumq; contemptum Martis gladi-
us, quo accinctus, supra humanæ spei modum
securus, certaminibus se inferebat. Ferunt Scy-
tham ex media plebe, cum res ab Hunnis contra
Gotthos ad Bicem paludem gererentur cruentū
uitulæ uestigium retro insecum, inuenisse gla-
dium temere in campo iacentem, moxq; ad Atti-
lam detulisse, cum ille per quietem armaria Mar-
te se uidisset, itaq; plane creditum ab Attila, sibi
destinatum diuinitus eum gladium, ueluti subi-
gendi a se orbis terrarum pignus & subsidium.
Adiectis igitur ad suos quā potuit numerosissi-
mis copiis, ex Marcomannis, Quadis, Suevis,
Herulis, Turcilingis, Rugiis, quas om̄es natiōes

P. CALLIMACHI

iam pridem dicto habebat audientes una cū Har
derico Gepidarum, & Valamiro Ostrogotho-
rum Regibus, necnon Dietmaro & Vittimaro
Regulis, quingentorum milium expleuit exerci-
tum, in qua multitudine pauci pro numero pedi-
tes erant. Impellendis enim conturbandisq; acie-
bus aduersis efficacissimum semper putauit Atti-
la equorum impetum, humana insidentis ratio-
ne directum. Cæterum, ut quod uiribus facile
posse credebat, consilio & sine periculo asseque-
retur, præmisit legatos Romam ad Valentiniā-
num, qui benigne eum alloquētes, nunciarent,
se bello acciñgi contra Theodericum, qui Visso-
gotthis in Gallia præerat, instituisse delere gentē
publice omnium gētium pacis perturbatricem,
nihil sibi rei cum Romanis esse, & uiros eos for-
tes ac bonos credere, quorum imperium & late-
pateret, & æquissimo a subditis ferretur animo,
pollicerentur præterea, si ex usu fore appareret,
initurum se cum illis foedus, atq; amicitiam, ui-
resq; & cōsilia communicaturum, quo cunctq; res
ac discrimin uocaret. Haud dissimilibus quoq;
mandatis instructam legationem ad Theoderi-
cum misit in Gallias, ut separatim postea eos ag-
grediens

EXPERIEN. ATTILA.

grediens, facilius utrumque superaret. Transmissio
deinde Danubio, per medium fere Germaniam
in Renum se cōuertit, tam seuera disciplina milite
coercendo, in gratiam nationum, quibus imperi
tabat, ut neque libidinis neque avaritiae tam diuer-
sarum gentium tantus exercitus uestigium post
se relinqueret, a principio, postea diuina & hu-
mana omnia, quacunque progrediebatur, diripuit,
pacato enim agmine in Galliam properaturum,
cōuenerant in se plareque nationes, non solum ne
gando commeatum, uerum etiam transitu arcen-
do, ut paludium syluarumue, aut fluuiorum op-
portunitates retinendi eam spem faciebant. Sen-
serat Valentinianus astu se peti, & ut conatus At-
tilae illuc retunderentur, misit in Galliam Etrum
Patricium, qui, ut erat vir non minus ciuiliū Ar-
tium, que bellorum peritus, agendo, suadendoque
attraxit nationes Gallicas, ut secum aduersus tam
terribilis hostis impetum progrederentur. Itaque
conuenere ad eum Luciani, Armorinani, Saxo-
nes, Riparioli, Brichtones, Lambriones, tu Francorū
Rex Meroueus, & Alanorum Sangiba-
nus. Vissogothum etiam mouerat non minus
timor hostis, a quo uinci consueuerat, quam Etrii

K.

P. CALLIMACHI

Susisiones, ut percutto cum Romanis foederem, so-
cias copias aduersus Attilam educeret, bis eo an-
no luna defecerat, & frequens terre motus urbes
etiam nonnullas pene totas euerterat, & cum crini-
ta stella noctibus aliquot ad occidentem appa-
ruiisset, uisum est ccelum patescere, uelut sanguineo
hiatu, plurimis hastis igneo splendore perluci-
dis, hiatum per transuersum intersecatis, quæ
ostenta populorum animos religiosa formidine co-
plerant, itaque quo plus discriminis etiam uelut
diuinitus significabatur, eo diligentius Theode-
ricus atque Etius circumspiciebat præparabantque
omnia aduersus Attilam, qui ut terrore sui Gal-
lorum in se animos a Romanis Visigothisque
auerteret, diripiendo incendendoque uicos atque
oppida, quæcunque obuia, transgressus Renum,
cum Gundicario Burgundorum Regi, priusquam
Elio atque Theoderico se cum suis adiungeret, ui-
tam simul & copias ademisset, peruennerat iam ad
Cathalaunicos campos, qui & Mauriaci uocant,
quo in loco cum usq[ue]disset exaduerso hostem tot for-
tissimarum nationum auxiliis instructum, appare-
retque ad id peruentum esse discriminem, in quo no[n]
unius tantummodo prælia, sed totius belli fortu-
na peri-

EXPERIEN. ATTILA.

na periclitaretur. Attila de uictoria exta consu-
lens, comperit, se pugna quidem inferiorem fu-
turum, sed eum, qui lumen erat in hostili acie,
casurum. Itaq; conuerso in Etium animo, cuius
virtutem atq; ingenium coeptis suis maxime ob-
staturum sentiebat, etiam cum suorum clade pu-
gnare constituit, non tamen prius, licet hostis
explicatis ordinibus pugnam exposceret, suos in
aciem eduxit, quam Sol uergeret in occasum, ut
si uinci contingeret, nox prælium dirimeret, secu-
tusq; est consilium euentus, in eo. Nam nox qui-
dem, animoq; & uiribus magnis accensum præ-
lium diremit. Cæterum, non Etius, sed Theo-
dericus interiit, parum tamen præsidij fusis fu-
gientibusq; Hunnis fuisset in nocte, nisi se ad ca-
stra curribus obuallata recepissent, tanto enim
ardore a uictoribus ubiq; cædebantur, quod
actum erat de Attila, si aut abesse munitiones
longius contigisset, aut aggredi & demoliri no-
tu sine oppugnantium confusione potuissent.
Tradunt quidam, supra centum septuaginta mi-
lia, ea in pugna cæsa. Alii a numero exprimendo
abstinent, sed augenda cedis specie, scribunt, ri-
uulum, qua modice inclinant campi allabentem

P. CALLIMACHI

occisorum sanguine auctum, saxa etiam & cada-
uera euolutisse, sed ut uincentium numerus ma-
ior fuerit, armisq; & militaribus artibus instru-
ctior, nihil magis ad uictoram fecisse creditum,
quam quod Attila ubi suos ad fugam inclinatu-
ros uidit ueluti fato cedens, prælium deseruit.
Postridie cū Thurismundus, Theodorici filius,
simul dolore amissi patris, simul uictoria iuuen-
tem animum stimulatè, castra oppugnaturus co-
pias admoueret, Attila, quod ubi ad arma discur-
ri coeptum, maiorem lōge quā putaret, stragem
factam animo aduerteret. Equorum stratis in cū-
mulum congestis, ingentem ueluti piram excitā-
uit, cuius supposito igne, se superiniiceret, si castra
capi contigisset, ne tot tantarumq; gentium & na-
tionum uictor, in potestatem eorum, quibus ul-
tro bellum inferebat uiuus ueniret, tubis tamēn
in portis cani præcepit, ut eruptionis expectatio-
ne hostem eluderet. Cæterum Etius, forsan non
reprehendenda, sed parum scelici suspitione ueri-
tus ne deleto Hūno, Romanis subinde difficilior
res foret aduersus Vissogothos, Thurismundū
ab instituto auertit, proposito ei cōsilio, paternū
Regnum anteq; frater sūus Valamirus cōmunire
illuc

EXPERIEN. ATTILA.

illuc se posset præoccupandi, qua monitione per
citus iuuenis, cum suorū reliquias secum trahēs,
ad eam partem Galliæ quam pater habuerat, cita
rissimo itinere properasset. Attila noua spe ere
ctus, solenne sacrificiū Marti celebrauit, uouitq;
in annos singulos, rogansq; et ueniam petens, ut
quæ bello gesturus subinde erat, propicio & uo
lente ipso, ex animi sui sententia transigerentur,
moxq; in Tungros mouit, quorum Metropoli
expugnata, promiscue in omnē sexum ætatemq;
deseuens, ad unum omnes deleuit, quia cum præ
misisset, qui deditio[n]em peterent, non impetra
uerat. Nihil æque admiratum eum ferunt a prin
cipio, quā tormenta bellica, quibus grandiores
lapides excutiuntur, nam qui ad id locorum miſ
silia nulla nosset, præterquam quæ altera manu
tractari mittiç; possent, ubi uidit ingentibus sa
xis, uiresq; humanas excedentibus, non singu
los milites, sed fere totos sepe manipulos proster
ni, cum terrore admirabatur. Et ut cunctq; seu diui
na ope, seu humano torquerentur ingenio, dete
stabatur quasi iniustum genus auxilii, saxa uastio
ra, quā ut unum corpus, aut ferret, aut mitteret,
mox tamen illis assuevit, nec expugnādis modo

K. iii

P. GALLIMACHI

urbibus, sed campestribus etiam certaminibus
plærūq; adhibuit; profectus ex Tungris Trecas
uenit, ubi Lopus Episcopus sacerdotibus omni
bus comitantibus cum sacrī, in solenniori appa
ratu, & ceremonia, ad mille passus obuiam pro
gressus, uenerabunde per frenum equi arreptū,
suis ad uim armatis instructisq; eum subsequen
tibus in ciuitatē perduxit, & tam p̄acata omni si
lentio, per portam alteram eduxit, ut tenuerit
fama, captis tantisper luminib; , dum præteri
rent, non urbem, nō circumfusum ad spectandū
populū animaduertentes se per vastam solitudi
nem traduci existimasse. Dimissus a Lupo paulo
post asseditus est in via plærōscq; , qui ciuitatis di
reptionem timentes, cum liberis & rebus chario
ribus ad sylvas properabant, inter quos mulier
fuit, quæ decem filiarum mater, minorem quæ
bima erat, linteolo ad collum suum alligatam ap
portabat, stimulans simul iumentum, cui ex reli
quis teneriores duas superposuerat, subsequen
tibus adultioribus cæteris, non tantum forma,
sed quadam etiam inter se similitudine insigni
bus, quæ armorum superuenientium terrore
exanimes, matris se circumfuderant. At illa, iam
pridem

EXPERIEN. AT TILA.

pridem suorum patriæq; casu, quā captam euer-
samq; putabat, adflicta, tum uero ad præsentem
fortunam exanguis, & uix animi compos, om-
nia calamitosa & foeda de se ac liberis animo sibi
prefigurans, in flumen, cuius in ripa substitutat,
precipitem se datura videbatur. Cum qui circum-
steterant, admirati in dolem & numerum filia-
rum, ab omni abstinentes iniuria, ad Attilam
perducunt, mouit suapte natura mitem Regis
animum, etiam saeuissimis ingenii spectaculum
miserabile, cum mater & quæ per ætatem mala
sua fentiebant filiae, pedibus suis effusæ, lachry-
mis ac uocibus, quas inter desiderium & tædi-
um uitæ dolor metusq; suggerebat, misericordia
captarent. Itaq; clemèter matrē eleuans, bono ani-
mo esse iussit, a se quidem ac suis inuiolatam fo-
re, moxq; data ei non mediocri pecunia, ut exin-
de quoq; animi eius sensus, in tam naturæ raro,
fortune uero miserabili exēplo indicaret. Ad fili-
as matri liberatas, adiecit etiā alios qui una fugie-
bant, & quo uellent, oēs redire permisit. Interea
Turismundus, cōpositis rebus suis domi cū Ro-
manis iterū se coniungere pararet, Attila nouas
copias ad ueteres adiecturus, rediit in Pannochia

P. CALLIMACHI

am, & post paulo, ne ocium detrectandi obsequium, materiam curamque suggesteret militibus, quorum animos labore ac periculis tractabiles manuetoque reddi compererat, tum rei male gestae in Gallia pudore stimulante, viribus & copiarum numero, longe quam prius ualidiorem exercitum ducens, per Noricos & Retos, licet aspera plerasque & salebrosa, uel prae altis obsessa syluis praedicerentur, in Italiam se conuertit, ire ac minarum plenus; quasi Galliarum uictoram ex manibus sibi Etius eripuisset, putabat uero non tam facile Visigothos Romano in Italiam affuturos, quam ille Vislogothis affuisset in Gallia. Eoque haud magno discrimine Italia potiri posse, qua sub imperium suum missa, cæteras subinde nationes, aut felicitati & glorie suæ, aut viribus succubituras. Non desunt qui scribant, Bledam fuisse in Gallia cum fratre, sublatumque de medio, postea cum progresseretur Attila contra Italos. Ad quam expeditiōnem paratus, equum cum ascendisset, coruus ab ortu Solis aduolans, dextrum ipsius humerum prope insedit, statimque sublime petens, paullatim sicelatus est, ut tandem uisum effugeret, quo omine supra modum laetus fidensque mouerat.

Cæterum

EXPERIEN. ATTILA.

Cæterum, inter progrediendū angustæ ac frequenter præruptæ uiae uix aliquando ternos armatos ac cipiebant, campestribus itineribus assuetos, tediosa progrediēdī mora, per impedita montū iuga adeo adflictos habebat, ut conuertendi agmen iracq; & tēdium ſepe impetū ſuggererent, ſeditiolis uocibus, ut cuiuscq; fortuna erat, inter milites erumpētibus. Sed Attila, ut erat difficultatibus interitus, ubi deſperatio maior immineret accurrens, docebat ad finem ſimul montium laborūq; peragratis Noricis & Rhetis perueniffe. Iam inde Italiam perſpici paruo impendio ſui illuc peruenturos, ubi effent terra rum orbis præmitum habituri. Mox tamen cum renunciaretur, Valentiniā Augusti copias in ipso Italiæ aditu angustias inſediffe, transitu eum prohibitas, conuertit ſe ad Illyricum ac Dalmatiā, & Traguriū, Sibinicū, Belgradum, Jadram, Segnam, Polam, Parētum, Emoniam expugnauit & diripiuit, uerſuſcq; iterum in Italiam, accurrentem ſibi Romanorum exercitū, haud procul a Tergestino ſinu, nō uicit modo, ſed etiam prope deleuit. Et tandem per Carnos illāpsus in Forū Tulii, Aquileiam tam obſtinato capiendi animo aggressius eſt. Quod cū eam expugnare impetu primo non potuifſet, trienio obſidere perſuerarit. Erat maior obſidentium

L

P. CALLIMACHI

nusserū, quam ut tamdiu una in regiōe ali posset.
Cogebanturq; tam homines, quam iumenta insolitū
tūsci alimentis: quæ res diuersa morborum ge-
nera in corporibus excitabat uulgarbatq;. Et cum ob-
fessi etiam frumenti inopia laborarent, non famē
modi, sed qaletudo etiam aduersa, desperatioq; &
taedium uictorie, Hunnicam tolerantiā uexabat, &
iam prope tumultum et seditionē res erat: indignan-
tibus uociferantibusq; militibus, minime ferendū,
se bellisolarum nationū omnium domitores, incur-
su uictorie suę circa unius urbis moenia, cum fotieis
turribusq; & lapidibus pugnando cōsenescere, ubi
neq; præmium neq; gloria laboribus ac periculis
par foret, si, quantum posset aduersus inanima, uul-
neribus & ferro imperuia, hominum uictor exerci-
tus experiri placeret, duceretur saltē ad urbem Ro-
mam, quæ opererecio imperii totius Italie expu-
gnaretur: præter id quod parum momenti, aut ad
laudem, aut ad prædam in direptione Aquileiæ
cedendum necessitatibus humanis, illicq; pugnan-
dum, ubi ferro, uirorum more, non fame ac latitu-
dine, ueluti debilibus pecudibus occumbendum,
nec in statiōibus modo hec, sed passim per exercitū,
ut referentiū exquirentiūq; sua mala turbas fortuna
cōgregabat, cuī inspecta ciconia, quæ pullos suos

EXPERIEN. ATTILA.

ex arcis culmine, in quo nidum fecerat, asportabat, capiendo urbis nouam spem omnibus ingessit. Asse verante Attila, futurorum prescias aues iam iam casaram arcem relinquere. Mox omni expugnandarum urbium apparatu murum aggressus, tanto ardore obsequetes ad primum impetum milites habuit, cum ipse armis adhortationeque insignis progrederetur, ut quae triennio se defenderat, trium horarum spacio civitas caperetur, direpta a militibus preda, & praeter paucas foeminas, beneficio formae ad libidinem reseruatas, in omnes saevitum, propemodum rabiose, propterea quod tam obstinate se defenderat. Tradunt cæsa illic supra triginta septem milia hominum, & tandem urbs etiam incensa, simul ut deleretur, ignominiosum monumentum tam diuturnæ obsidionis, simul ut cæteris metus incuteretur. Fuit in civitate digna mulier, forma & diuinitatis insignis, sed pudicitiae laude in primis uenerabilis, quae ubi Barbari hostis iramque & libidinem per omnia foeda & immunitaria, uictoria abutentem uidit, uitam potius suo sceleri, quam alieno pudiciciam amissura, domesticam turrim, praeterfluenti Natasoni imminentem ascendit, obuolutoque capite in subiectum turri gurgitem se precipitauit. Perseuerante uero obsidione, Attila muros plerisque circuibat solus, mutatis uesti-

P. CALLIMACHI

mentis expugnationi opportuniora designas. Itaque
cum solitudo et silentium inuitasset aliquid, ut m^u
ro succederet, incidit in armatos, qui longe uenien-
tem conspicati, propere elapsi per cloacam sub moe-
nibus ductam, in insidiis expectabant, ignari tamē
eū regem esse, sed cupiebant exquirere per tormēta
ab hostiū exploratore quid consiliū in exercitu, que
ue capientē urbis spes esset. Exorti igitur subito At-
tilam circunsistunt, & dum uiuum capere nituntur,
abstinent uulneribus. At ille, cui fuga interclusa de-
fendic^z se a tam multis haud magna fiducia esset, ut
saltem non inultus moreretur, praeerupta foueæ sic
occupauit, ut a tergo tutus, cum aduersis, tantum
modo rem gereret, sed ut uidetur uelut parcisibi ab ho-
ste, & prope negligenter insultari, ratus timorem;
magno impetu & clamore prossiliens duos obtrun-
cat, illatusque in alios ut uia ferro patefacta, suburba-
ni cuiusdam materiam saltu superauit, preperiq^z de
inde cursu ad suos se recepit. Fertur eos, qui captu-
ri ipsum circumsteterant, retulisse suis, cum Attila
se in vires collegit circumspectans, qua impetum fa-
ceret apparuisse in oculis nitentis clamantisq^z ecce-
leste quiddam, & scintillas igneas, quam simillimas
uigori, qui Deorum oculis inesse creditur, dum op-
pugnaretur Aquileia Taruisium ac Verona sponte
imperii

EXPERIEN. ATTILA.

imperium Hunni suscepere, illud auctore Helmundo Antistite, haec Diatherico, cœptumq; præterea conditum ab Attila, ut si re infecta ab Aquileia humanæ necessitates discedere coegissent, eam munitionem post se relinquaret, ueluti liberi regres sus pignus ac subsidium, si quid præter spem sibi in Italia contigisset. Digressus inde Concordiam, cuius murum primus incendisse creditus, mox Altinū, Patauium, aliasq; nominis & momenti minoris, quam plures urbes captas, prope funditus delevit, ut enim natus educatusq; in castris, & campestribus assuetus, munitionibus, muros, urbanacq; edificia, rebellandi animos opportunitatemq; ciuibus suggestere arbitrabatur. Venit ad eum post uictoriā Patauium, Marullus, Calaber, Poeta eius temporis egregius, cōpositumq; in adulacionem carmen recitauit. In quo ubi Attila per interpretem cognouit se Deum, & diuina stirpe ortum uanissime predicari, aspernatus sacrilegæ adulacionis impudentiam, cū auctore Carmen exuri iussicerat, a qua seueritate subinde temperauit, ne scriptores cæteri ab laudibus ipsius celebrandis terrerentur. Par specimen magni & seueri animi dederat paulo ante ab Aquileia Concordiam petens, medio ferme itinere in uico ignobilis, Circulatores plæriq; ætate ac uitib; integris,

P. CALLIMACHI

spe mercedis illecti, per infestos enes nudi miris fle
xibus agilem saltationem coram ipso quum exhi
buissent, cæteris ludicro cum admiratione exhila
ratis, Attila indigne ferens, tam robusta corpo
ra, & quæ, omnia militiæ decora implere possent,
circumforaneo mendicabulo adulterari ac prosti
tui, iuuenes ad se uocat, statim armari facit, tum ar
matus ipse saltuq; in equum receptus, imitari feiu
bet, quod quum armis insueti, efficere nō possent,
rursus prouocauit sagittando. Sed cum necq; arcum
tendere, necq; sagittā neruo applicare scirēt, tamdiu
uictu tenuissimo tradidit macerādos, quam cibum
longissimo interuallo propositum sagitta continge
rent, & armati in equum dextra lœuacq; tam facile,
quam paulo ante nudi per gladios, salirent, ususq;
est ei postea fortissimis commilitonibus ad pleraq;
difficilia obeunda, a Patauio per Venetiam ducens
ad lœuam, Vincentiam prius, tam Brixiam, Perga
num, uelut continuato impetu expugnauit ac diri
puit. Sed ab igne ubiq; temperatum, quanq; portæ
insultans, cum caperetur Brixia, vulnus accepit, cu
ius dolore accensum, uix retinuere amici, cum insti
tuisset inclusum populum una cum ædificiis incen
dio delere. Sed & Vincentiæ ad soueā, qua ciuitas
ambitur, cæteris tam altitudine aquæ inexplorata,
quam

EXPERIEN. ATTILA.

Quām lubrico per proculū descensū territis hæsitātibuscq; in margīne, p̄cipiti cursu desiliēs in aquā, papillis tenuis extantem, ad murum euaserat, recurvenscq; ad acclivium, uerecūdia suos adegerat, ut mūro succederent, tanta festinatione, dum quisq; prioris tarditatis pudore, primum descendēndi decus exoptat, quod plēriq; attrahendoq; & impediendo se uicissim, a diu in profundōrem aquam dilapsi, simulq; impliciti tenentium eluctatiūm specie submersi sunt, priusquam in ciuitatem transcederetur. Circumtausta exinde Emilia, pluribusq; solo equa tis urbibus, cum Rauennam obſideret, Tones Episcopus cum uniuerso populo, cāditatus ac supplex suscepto imperio, ut ciuitati ædificiisq; parceretur, obtinuit. Vīctorię tamen ingentem speciem prebueresores urbis a uictis depositae, pedibus intrantis, & per aduersam partem exeuntis exercitus subiecte & calcatae, mox in eo loco castra posuit, ubi Mintius amnis Pado illabitur. Nam & si animis ad impe riū caput Romam festinabat, anxius tamen erat secū, propter Alarici Gotthorum Regis euentum, qui capitæ direptæq; a se Romæ haud multum superuixerat. Deliberanti igitur, suam ne fortunam ad excidium urbis sequeretur, an illius fatum deuitas, per Picenū in Samnium reliquāq; Italiam usq; ad fretū

P. CALLIMACHI

Siculum uictorem exercitum prius circunduceret ;
accurrit Leo, Pontifex Maximus, doctrina & sancti
tate insignis, qui positis pontificalibus ornamentis
oratione atq; habitu miserabili , pacem Italie impe-
travit. Ferunt Attilam, dimisso ab se Leone, cum in-
terrogaretur a suis, cur hosti se tam facilem prebuil-
let, assuerasse, uisum a se, iuxta illum cum pacem pe-
teret, humana specie augustiorem iuuuenem minari
sibi mortem, si paci aduersaretur. Qui uero miracu-
lum excludentes , rationibus , coniecturisq; huma-
nis factum expendunt , putant Attilam , aut tracta-
bili mitiq; natura sua in supplices , id præstissime , aut
ingenio Leonis & doctrina uictum . Cum ille omis-
sa Italia , quæ sponte uictoris nutu spectatura esset
subigendos Visigothos in Gallia persuasisset ,
quæ una gens in toto orbe Hunnici imperii æmu-
la atq; hostis esset . Id utiq; non ambigue inter mi-
litæ ioculariter iactatum . Haud immerito Leonis
cessisse in Italia , qui Lupū in Gallia reformidasset ,
plusq; cohibendo Attila momenti habere ferarum
nomina , quam hostium armatas acies . Interea Ho-
norius Valentiniani principis soror , cum seuere ad-
modum a fratre ultra legitimos annos domi serua-
retur , per Eunuchum suum clam ab Attila impetra-
uerat , ut se in matrimonium peteret . Itaq; cum fir-
mata

22

EXPERIEN. ATTILA:

mata pace in Pannoniam retro se conuertisset, Lé-
gatos ad Valentinianum misit, qui suasionibus mi-
nas adiicientes, concedi sibi postulata peruicere.
Habebat Attila more gentis suæ uxores plures, cæ-
terum priusquam Legati Roma reuerterentur, ca-
ptus specie puellæ, fama ac nobilitate inter suos exi-
miae, cui Hildico nomen fuisse traditur, eam quoq;
sibi coniugauit, haustoq; immodice uino in nupti-
ali coniuio, cum supinus obdormiuisset, sanguis
per nares erumpens uitalium spirituum meatus in-
terclusit, subitoq; extinctus est, quæ nocte Marci-
anus imperator Constantinopolim per somnium
uidit arcum illius fractum, quo genere armorum
Hunnos maxime excellere diximus. Postridie cum
Rex præter consuetudinem ad diei multum conqui-
escere uideretur, ministri id primum noui matri-
monii uoluptatibus tribuebant indulgebâtoq;, qui
mox in suspitionem uersi, intimo cubiculi referato,
mortuum inuenere. Puellam uero sic iuxta eum ia-
centem, ut quæ timeret dormientem excitare. Quæ
cum renunciassent, planctu & lachrymis uniuersa
Regia completa, uariæq; erant accurrentium accla-
mationes, inter mortui Regis laudes & desyderiū,
semitensis deinde capitibus, laniatoq; more suo
uultu, elatum corpus, ubi equestres ludos concele-

P. CALLIMACHI.


brauere, sepulturæ mandarunt, non sine paludamētis, faloris, signisq; & aliis militaribus imperatoriisq; ornamentis, quæ ille uario ex hoste attulerat. Vixit annos sex & quinquaginta, signa uero mortis præcesserant, quod reuerteti ab Italica expeditione, in transitu Lici amnis, qui Retos diuidita Vin delicis, mulier fanatica temere in equum inuecta clamauit ter, retro. Equusq;, quem prope in deliciis habebat, ipso nuptiarum die, nullo egritudinis signo præcedente, subito interiit. Et nouæ nuptæ cubiculum intrantis pes dexter sic limini impactus est, ut præ dolore aliquantis per assederit, auditac; est eius uox dicentis, si tempus est ueniam, quibus uerbis mortem in dolore compellasse credidere. Sed & cœlo eius uiri curā fuisse testatus est Cometes, qui ante obitum ipsius, ter septem noctes ad uernum Solis exortum apparere perseverauit. Sunt qui scribant Attilam reuersum ex Italia iterū contra Vislogothos arma mouisse, uarioq; præliorum euentu bellum inter eos aliquandiu extractum. Sed tandem in eisdem campis, in quibus ab Etio debellatus prius fuerat, uictum, fugatum, & postea a Vislogotho, exitu quo descriptū est supra interiisse.


Haganoæ ex officina Ioannis Secerii,
Anno Salutis M. D. XXXI.
Mense Februario.




113. - Batimol anisles. v. 113. 113.
1922. C. Meinholtz.
Orissa. India.









Lugdunum Batt 21.6 3 March 91

et p̄fice fēc̄. et tāctū dūmūt̄ es m̄tērāt̄ cōt̄ oī
dī dōp̄. dūmūl̄ q̄s arn̄f̄r̄ fāl̄ & dūla ligur̄
lēt̄l̄ som̄ch p̄fōs s̄ue. am̄s fiḡt̄. l̄st̄l̄m̄l̄
m̄maḡm̄ hōis de l̄ba l̄ua : s̄us m̄p̄f̄s v̄oū
c̄r̄i m̄ḡr̄. **V**to p̄f̄ i ḡm̄r̄n̄ā iñd̄ iñ c̄r̄
c̄ll̄em̄ā hōt̄l̄ n̄l̄f̄c̄m̄s q̄s c̄nn̄s p̄f̄
p̄l̄nt̄m̄r̄ l̄su iñt̄ d̄c̄nt̄ iñt̄l̄ c̄l̄b̄nt̄
v̄i dī l̄ap̄ iñr̄. n̄s q̄p̄lo. at̄c̄m̄t̄. aḡm̄nt̄
q̄s c̄r̄. m̄l̄f̄r̄ si. aut̄ l̄gn̄. & s̄p̄in̄. & iñt̄t̄
. aet̄. aḡn̄ st̄ll̄az̄. & m̄n̄iā aet̄. & h̄l̄e. & l̄m̄ā
nt̄r̄os q̄b̄ iñr̄ d̄s p̄t̄aunt̄. **L**alia a c̄l̄
v̄ol̄at̄ s̄u l̄s̄um̄ar̄t̄r̄ l̄re d̄mon̄ q̄s c̄o
lēnd̄s l̄v̄b̄ er̄m̄t̄b̄ c̄l̄b̄n̄r̄ p̄f̄. dānt̄
p̄n̄ca. & aī q̄ ūdebl̄nt̄ h̄l̄b̄. m̄m̄bl̄ s̄iñ.
r̄iñ i p̄f̄. & om̄s du gr̄iñ t̄m̄na. **Id.**
ḡ. d̄d̄ q̄t̄l̄ d̄sp̄iñia r̄d̄l̄at̄ s̄ut̄ ex p̄f̄ h̄l̄s̄
i c̄ff̄o l̄ i ḡm̄r̄n̄ā m̄l̄f̄c̄. p̄f̄oñz̄
c̄st̄l̄s̄ ut w̄n̄e. & h̄i ad oūp̄i p̄m̄ d̄ aut̄

em̄l̄t̄l̄ m̄l̄t̄l̄ hōis f̄c̄l̄t̄l̄. **Id.**
c̄l̄eñ v̄i p̄f̄m̄ d̄ v̄iñ. d̄m̄iñ q̄s d̄m̄iñ l̄c̄. **Id.**
Si. d̄c̄l̄ q̄s d̄c̄l̄ v̄iñ. n̄s l̄st̄l̄ p̄f̄p̄m̄
f̄l̄at̄ m̄d̄n̄o. & m̄d̄v̄iñ. v̄iñ. v̄iñ. d̄c̄l̄ q̄s d̄c̄l̄
t̄r̄iñ c̄r̄p̄m̄t̄l̄. l̄s̄ i ḡp̄f̄s̄ q̄m̄t̄l̄ l̄c̄t̄l̄
c̄l̄iñ t̄r̄iñ d̄f̄s̄. **N**o. d̄c̄l̄ m̄oñ d̄i
om̄s iñt̄l̄ q̄d̄l̄ p̄f̄m̄n̄o s̄l̄d̄s̄ s̄iñ. a b̄
n̄p̄l̄u l̄oñ. v̄oñ q̄r̄l̄. v̄oñ q̄r̄l̄. iñs̄ c̄l̄s̄. a l̄
m̄n̄ iñs̄ p̄f̄s̄ c̄l̄s̄. & s̄iñ. & iñt̄l̄ q̄d̄l̄. u
c̄l̄t̄l̄ c̄l̄t̄l̄. & s̄iñs̄ c̄l̄t̄l̄. & iñt̄l̄ e
m̄n̄ p̄f̄m̄iñ. p̄f̄m̄iñ. p̄f̄s̄. & p̄f̄m̄iñ
s̄iñt̄l̄ s̄iñt̄l̄. s̄iñt̄l̄. s̄iñt̄l̄. s̄iñt̄l̄. p̄f̄m̄iñ p̄f̄m̄iñ
f̄iñt̄l̄ q̄d̄l̄. s̄iñt̄l̄. p̄f̄m̄iñ s̄iñt̄l̄. n̄c̄l̄
iñt̄l̄. p̄f̄m̄iñ iñt̄l̄. r̄añ iñt̄l̄. d̄f̄l̄t̄l̄. p̄f̄m̄iñ iñt̄l̄.
p̄f̄m̄iñ s̄iñt̄l̄. c̄l̄s̄ iñt̄l̄. p̄f̄m̄iñ c̄l̄s̄. s̄iñt̄l̄.
q̄d̄l̄ p̄f̄m̄iñ. s̄iñt̄l̄. n̄c̄l̄. p̄f̄m̄iñ p̄f̄m̄iñ. s̄iñt̄l̄.
n̄c̄l̄. n̄c̄l̄. s̄iñt̄l̄. s̄iñt̄l̄. s̄iñt̄l̄. s̄iñt̄l̄.

57. 6 - 18.

MISSALE ROMANUM

MISSAL ROMANUS



MISSALE ROMANUM

MISSAL ROMANUS

MISSALE ROMANUM

MISSALE ROMANUM

MISSALE ROMANUM

MISSALE ROMANUM

MISSALE ROMANUM